dignam iudicare Sed quaeso ut
me de hac involucione tua
evolvere Facta dignam in hac
in hac vita te iudicare non
debes quia licet homo de hoc cer-
tus esse integra possit signa et coniec-
turas habere tamen si sine speciali dei
revelacione Nunquid vero sanctae
personae amore vel odio dignus
vel indigna ipse te esse timere
quidem debes et potes Sed

nullatenus diffinitive iudicare nec
hoc scias. Consciencia. Nunquid homo potest
hoc scire. Racio. Nunquid quis de pecca-
tis que fecit satisfacere ~~non~~ vel ces-
sare non vult sed est in voluntate
peccandi. Qui vero vult realiter
peracta peccata emendare et futura
vitare magis debet sperare non esse
dignum quam indignum iudicare.
Consciencia. Multi volunt et nichil
faciunt et michi eciam meipsum
accuso. Racio. Non vult nec habet
voluntatem emendandi quousque
adhuc nichil facit quilibet enim
usum racionis habens semper quando
vult potest aliquid ad emendacionem
peccatorum facere quia potest dolere et
displicenciam habere de eis nolle
amplius peccare desiderare graciam
orare et humiliari coram deo et
similia. Qui autem in hiis facit quod
potest pro oportunitate loci temporis vel
virium nec dignum nec indignum
se iudicare debet. Licet enim solus
ille dignus sit hoc honore quem
rex voluerit honorare et ad hoc
tamquam dignum acceptare consiliis
quibuslibet istorum de se vel de alio in-
dicat voluntatem et secundum dominum cog-
noscere se ostendat. Sed quis cognovit
sensum domini aut quis consiliarius
eius fuit. Et licet utrumque sit periculo-
sum tali de quo supra dictum est
tamen videtur quod se dignum quam in-
dignum se iudicet periculosius
tamen stat confidens non sciens utrum

peccatum in se quod non velit libenter
emendare si se indignum iudi-
cat quam qui ex gracia dei dignum
se diffinit. Iste aliquam spem
videtur habere de gracia dei licet presump-
tuosam. Ille vero sibi aditum gracie
celestis obstruit et quodammodo
desperacioni dat vel prestat locum
dum iudicat se dignum non esse
precium vel placitum. O tu quis es
qui nedum iudicas alienum ser-
vum sed dominum tuum. Medium utique
spei potest habere de dei misericordia quia dum
stas fixus in hac ipsa sentencia.
Consciencia. Grata et multum iocun-
da est michi hec tua conclusio quod
non debeo me indignum iudi-
care. Sed quid est quod omnes se
indignos asserunt et illa verba
centurionis pro quibus eciam a sal-
vatore laudari meruit devotis-
sime dicunt Domine non sum dignus
ut intres etc. Racio. Ista verba et
similia non dicunt temeritate iu-
dicandi sed reputacionis humilitate
sicut eciam testante beato Bernhardo
in epistola ad fratres de monte dei
Beatus paulus dicit quorum scilicet pecca-
torum primus sed ego sum non
meciendi presumpcione sed esti-
mandi affeccione. Puto autem
quod sic intelligi valeant et hoc
quando intendant dicentes aut
intendere debeant Domine quantum est
ex me non sum dignus quia
peccator magnus nec debita contri-
cione confessione et satisfaccione

purgatus nisi vina tua dignet'
h' modicu q' ee acceptare et
me p'prium tua dignificare
7h' est q' subdit' tantu dic v'
bo 7 sanabit' 7c' Conscia Cu
igitur nc dignus nc indignus qs
iudicare se debeat dic queso
nonne in tali dubio melius est
dimitte Abstine enim videt'
humili' q' accede p'sumptuose Se
quis aut exhumilitate abstinet
no videt' errare Sz agere
v'tuose Ratio si bonu aut vir-
tuosum est ex humilitate dimit-
te multo v'tuosius 7 meli9
est tamen humilit' accede qui g'
ex humilite volt abstine purgat
celebracionem humiliacionem rex
clusa e p'sumpcio 7 duplex bo'
het' videlz v'tus humilitatis
7 gra sacramenti Conscia Ego ti-
mens accede 7 puto opus ee
valde tremendu Ratio nc va
let si sine timore accedes Si
p'pt' timore ess abstinendu
tuc maxime debent abstine
p'sbiteris magis sii quia illi pl'
timent Cum ergo non omnis
timor causam abstinendi
p'bcat dic quare times vt
pensata causa timoris videat'
q'm racionabilit' movearis Con
scia Ideo timeo quia magis
periculosum est accede quaz
abstine Siquidem in acces-
su periculosum e 7 homo in-

digne tractat corpus q8 sm
apli sniaz grave est In abstine
do vo nullu aliud periculu ee
esse videt' nisi q' homo caret
augmento gre quid qsequit'
si non indigne sumet ego
aut p'eligerem decies vel cen
ties care augmento gre q'm
semel indigne tractare Et io
securiorem p'tem reputo ab
stine Ratio quamvis semel in
digne sumenti accedes timeri m
debes abstine Sz si in dubio
sp abstinencia tamq'm securi
orem p'tem eligere vis Cum
illud dubiu in hac vita semp
tibi maneat q'm nunq'm ac
cedes Conscia tn moveas nes-
cio enim sm huc modu q'ndo
debem accede Rm tam mi
imputabile reputare si ho
accedet in tali dubio q'm ista
faceret cu ceteris ex qsuetudine
cotre vel statuto et si ess mi
imputabile b' nichilominus tn
ess in p'iculo Ratio si dic m
velis p'pt' cam insecuitate et
hui9modi periculum sp ext' t'pus
qmunionis cca gra di carere
Conscia Absit a me tanta
demencia Ratio ergo vis ha
be xpm 7 ip'm manducare
sp'ualit' Conscia p'pt' hoc insi-
sto qmunio audiet' Ratio cum
ergo mai9 vel saltem no mi9

sit xpm habe spiritualiter quam sa-
cramentaliter / tum quia sacramenta
liter sumere pnt eciam mali spiritua-
liter autem non nisi boni / tum quia
susceptio sacramentalis ad spiritualem
tamquam ad finem suum ordinata
est. quod est hoc quod propter indig-
nitatem insecutivam timore vel
humilitatis vel quamcumque aliam
causam vis sacramento carere
et sacramenti tamen habere effectum
Quid enim racionis est querere fi-
nem et nolle ire per medium fructum
desiderare et arborem fugere the-
zaurum petere et nolle eum vnica
via stricmo recipe Immo eciam
quamvis suscipitur et melius custoditur.
Consciencia non videtur omnino esse sine
racione si magis cupio xpm ha-
bere spiritualiter quam sacramentaliter Illud
est enim ~~esse sine racione si magis~~
~~cupio xpm habere~~ / simpliciter necessarium ad sa-
lutem istud non sit Item dum conor
eum ad tenendum eum spiritualiter credendo
vel alia via sive consequitur inten-
tum sive non / non est maius quam dam-
nosum periculum Nam si consequor
planum est quod ipsa gracia venies
eciam de indigno in dignum fiat
si autem non saltem ergo non fac-
iam irreverenciam deo et sacramento
quam ille exhibet qui sacramentaliter
suscipit corpus xpi et xpm spi-
ritualiter non habet Faciat qui non
libenter communicat facile invenit
occasionem abstinendi sic scriptum
Occasiones querit qui vult rece-

dere ab amico Sic ergo vis ex
peccare donec certa et omnino secu-
ra comites frustra .o. consciencia
recta attenius disputando labo
rarum nam imprimis nolui cautu-
dinem permittere Quia sub hoc pac
to convenimus quod illud agendum
esse ad quod racionabiliora mo-
tiva haberentur Nunc ergo vt
tendamus ad finem et appareat
possit quam racionabile sit hoc mo
tivum tuum sit constanter inmiteris
ponamus hominem qui ad
habita diligencia pro modulo
posse et opportunitate sic sit se
ad communionem disposuit quod nil
sit restare ex debito faciendi
et siquid agendum intelligeret
paratus esse nec vellet negligere
solum hoc obstat sed quia in
dubio vel vt tu dicis periculo
est quod forte indignus est vtrum
melius securius et racionabilius sit
item abstinere quam accedere in
hoc casu Consciencia hoc est quod que
ro Faciat Sed hinc est melius
abstinere male consolati essent
omnes devoti qui frequenter com-
municant ymmo omnes communicantes
magis periculosum pretz eligen-
rent solis illis exceptis qui se
in statu gracie cognoscerent ex re
velacione divina et sic omnino pe-
riculosum esset fieri sacerdotem
maxime qui sepe ad celebrandum
esse racione officii vel beneficii
obligatur Item cum humano modo
securitas haberi non possit et per communes

nec hoc quod dicis esse periculosum
evitari deus instituendo hoc sa-
cramentum eius et etiam statuendo
preceptum cottidianam quoque
missarum celebracionem preciperet vel
consuleret hominibus quod insecuritas
et per consequens in periculum poneret
quod dicere impium est et absurdum
propterea si vis quilibet opus omittere
nisi sis securus quod non peccabis in
eo pauca essent que faceres
et mirabile videtur si illud du-
bium et insecuritas ponderare
debes omnibus motivis que ad
accedendum inducere possunt. Sed ut
de omnibus aliis taceam hic volo
videas an non debeat homo
presertim talis de quo casum
posui magis sperare de misericordia
dei quam ex peccatis suis diffidere
vel timere. Consciencia Dico omnino et
incomparabiliter magis sperare sic
infinite maior est dei pie-
tas alias enim graviter peccat
et magnam divine pietati facit
iniuriam. Racio Et quoniam in hac
materia et casu de quibus conferi-
mus plus sperat de misericordia dei
quam de peccatis timeat vel dif-
fidat ille qui plus monetur
ad abstinendum solus timor pec-
cati quam consolacio et ad accedendum
moveat tota miseracionum
divinarum multitudo ubi enim de
clemencia maior esset fiducia
timor de indignitate in recedendo
mentem nequaquam prevaleret.

Consciencia Illud siquidem est quod me in-
duo me plus censetur trahere
quod plus sequar. Racio Attende in-
ne eam de qua dixisti deo irro-
gares iniuriam dum propter solum illum
timorem a communione te removes
et gravius peccares dimittendo
quam sumendo iuxta sentenciam beati
Ambrosii in quadam oracione
dicentis. Ira est quod ad mensam
tuam mundo corde et innocentibus
manibus non venimus. Sed gravius
est si de peccatis metuimus et
sacrificium non reddimus. Consciencia
mirabiliter agis mecum quia inde
mihi accedendi causam elicis. unde
ego traho abstinendi motivum
et ubi suadebam esse de ac-
cessu periculum tu michi de absti-
nendo equalis vel maioris peri-
culi et preter errorem indicis delec-
tabile est autem sic vinci ubi ex-
cluditur timor qui penam habet
et tamen consolatoria fiducia minis-
tratur. Racio Et si quo tibi pla-
cent persuasiones huiusmodi accipe
accipe et istam. Nonne periculo-
sius est eum abstinere quam accedere
qui plura habet signa secundum
magis deo placere quam primum Consciencia
fateor omnino. Racio Ille autem de quo
casum posui multa signa habet
celebrationis vel communionis deo
placere. Primum quia deus posuit
in potestate hominis quod si vult potest ac-
cipere dominum suum. quod dicit. Ecce coram
te sum et me non deficit tecum

eis si me hre volueris Scd° quia
dedit ei bonā voluntatē non
peccandi et cōmissa penitendi
Tercio quia dedit ei desideriū
cōmunionis et amabilis p̄sencie
ihū x̄ dulcedinis et gr̄e Quar-
to quia delicie ihū xp̄i sunt
esse cū filiis hominū vt p salo
mone dr̄ et cū dubiū quin
ex deliciis excessēdi cū filiis
hominū dei instituit hc̄ vena
bile sacramentū vt nedum spūa
lem sed etiam corporalē sui p̄
sencia exhibet Quanta aut
ingratitudo cōtra p̄ositus di
uinis deliciis nō dare locum
sed miserabilit̄ denegare Vide
mus si tot habeas signa quib̄
deo displicē cōmunionē cōgistas
Consciā Ego nullū scio n̄
scrupulum cōsciē de pctīs
nondum emendatis vel
ne mi̇ dispoitū accedam
vel aliquā negligenciam cō-
mittam vt nouū pctīm in
currrā Faco etiā si cū
pctā pctā habēs nōne ma
gis dignus ess vt dimittēs
pctā p̄pt sacramentū vt illud
posses accipe Quapropt̄ pctā
cōmunione obmittes Consciā
ess vtrū vtriq̄ nā cōpctā erunt
dimittenda erga si satim nō
ess institutū Faco optime
dicis cōtito ergo magis di
mittenda sunt p̄pt assecucōem
tanti boni Si vō habes scr̄-
plm vel dubiū hēs item quid
facies vt videlt deleas de
cōtito hc̄ est exculpa tua
Cōfitearis saltem ad caute
lam et ad satisfaciendum sub
mittas te pure iudicio boni
cōfessoris si copiam eius hēs
vel patrem ad hec quē p̄mo
possis ttem habē qui te diri-
gē valeat in hc̄ casu si aut-
credes ac timeas te indis-
positum iterū habes q̄ facere
vt videlt te cōtito eius dis-
ponē studiose coneris Si tres
de negligencia cōmittenda
adhibe diligenciā et cōmitte
te grē dei vt tu in omnib;
que te pnt retrahere habeas
quid agendum sit Et siquid
iā feras p̄posse tuo sufficit
nec est aliquod piculum
salutis Si enī quis crederet
se contritū de pctīs et ess solū
attritus quāuis ess indignus
in pctīs quia tamē facit q̄
in se est nc̄ indignus sume
ret nc̄ de nouo peccaret mor
tal̄r accedendo Igit̄ manifes-
tū ē q̄ quociēs huic officio
vel huic opi comode et opor
tune vacare potes nc̄ aliqua
tamen obstat nulla poteris
dimittendi causam habere
vel fingē nisi maliciam a
negligenciā aut pigriciam
tuā que sit causa renūa-

biles et dampnose Coscia
Quia dicis q̄ si sum indis
posita debeo me disponere
quero vt etiam quo ad istis
debeat exponas et p quod
mens se dispositam possit
agnoscere Dico non est vnus
omnium disponendi modus sed
alius incipientium alius p
ficiencium alius pfectorum Inci
piens et nouit conversus
ad deum prolixe scripsi an p
misse se doleat et confessus
sit peccata mortalia saltem
vel saltem quantum in ipso
est paratus sit confiteri penitenciam
subire et satisfacere votum ha
beat bonam voluntatem vitan
di peccata fugiendi fugiendi deo
et an faciat adhuc diligenciam
suam pro oportunitate lo
ci temporis et virium Quando enim
quis deficit in istis nunquam
debet accedere Deinde probet
an de primo fuit in aliquo
grandi peccato de quo licet
in racione doleat Adhuc tamen
affectus non sit bene purificatus
sed occupata sit fantasia et
memoria delectacionibus vel co
mocionibus pristinis et propter
nouitatem grauitatis magna
tus et caro adhuc nimis
impedit spiritum et ei nonsolum
ad deuocionem non famulatur sed re
bellet Quid enim ait Bonus

sup cum sermone tuo recenti
adhuc respersus pulvere ore sa
cra contingens heu tractus de
luto hodie volutus glie pinta
ris deinde probet si non
sit ex culpa vel negligencia
sua notabili deuocionis im
pedimentum vtpote pollucio
corporis vel magna distrac
tio animi Postremo si non
sit nimis indispositus ad
omnem deuocionem etiam p
ter culpam et negligenciam su
am vt potest si esset grauatus
in capite passio sompnolencia
aut nimium tediosus Hec ei
sunt pro quibus a comunione est
abstinendum quamuis non est
aliqua necessitas nam in ne
cessitatis articulo vt in periclo
mortis sufficit hec prima pars
descripta si ista in mediata
posita non pont haberi pro
ficienti vero qualis debet esse
omnis qui sepe aut frequenter
comunicare proponit non suffi
ciunt hec predicta Sed tota vi
ta sua debet esse ad suscepcionem
preparata tante rei precipue
in mortificando vicia fugi
endo vanitates et occasiones
peccatorum etiam leuium et venia
lium occupaciones quoque non ne
cessarias in quibus potest homo
auerti et seriosa custodia
cordis sui Alternon exercen
do se in virtutibus et excitando

se per meditacionem ad manesu
timorem profundam humi-
litatem amorem ardentem fer-
uens desiderium superno rum
inserendo se vulneribus xpi com-
paciendo passoribus emenda
do se reddendo sancte matri
ecclesie in nullo dese cuit
nitis sine se de deo piete
vehementer sitiendo Nam
tamen constat hoc sacramentum insti-
tutum esse in memoriam dominice
passionis et mortis impignus
amoris immensum amorosi
et incorporacionis et transforma
cionis in xpum quibus tanto
magis dispositus quanto ple-
nius in dei amore concupiscen-
ciis et delectacionibus carnalibus moritur
aut mori conatur et conformando
xpi passionibus eidem conse-
pelitur in mortem ut summe
desiderio unum esse cum xpo
sibi ipsi mori ut xpc viuat in
eo eiusque possit dicere cum
Apostolo viuo ego iam non ego
viuit uero in me xpc Per quod-
cumque igitur exercicium homo ad
istam amplius promo
uetur sic lectio meditacio oracio
predicacio opus nunc spirituale
vel corporale per illud magis
ad communionem disponitur et ex
hoc patet error plurimorum qui mul-
tum affligunt se ieiunant
orant vigilant et intantum
per se ipsos obruitur et ab omni de-

uocacione impeditur potius quam
promouetur et sunt aliqui vi-
cia in se vel affectiones car-
nales vel inordinatas ad di-
micias que non curant mor-
tificare corpore aliquam mul-
lam vel scandalosam consue-
tudinem amorem vel rancorem
ad homines vel concupiscenciam
ad diuicias vel ludo aut
alias consideracionis que et si dimit-
tit ad tempus nullatenus tamen
proponunt renunciare Sed promp-
tissime redeunt eciam quibus fer-
uencius est antea horum autem
contentus detestacio et mortificacio
plus valet eis et eos magis
disponeret quam istis retentis
decantacio psalmorum nullis
conuictis se volunt abstrahere
ut reuisent homines in alto po-
sitos eciam in necesse et salubri-
bus expedire ipse eum utique quam
sui iuris est et nouit ac potest
prodesse misero potius red-
dit indispositum quam disponit
Quam vero presentes sunt
Isti spiritum apprehendunt eum ad
ipsum tendunt proficiens pre
vehementi desiderio quod habent
ad eum non possunt sustinere
absencia et quia non possunt
eum reuelata facie contem-
plari in gloria saltem pro con-
solacione sua volunt eo modo
quo possunt eum sum pu-
ra aspirant ad amplexus

petiit os eius vide cupiunt
et experimentaliter gustare gesti-
unt quam suavis est dominus
ut in dulcore suavitatis et
in fortitudine cibi illius am-
bulem usque ad mortem domini
beatitudinem sempiternam ad quam conse-
quendam pro viatico datum
est nobis corpus domini nostri Ihesu
Christi Qui cum patre et spiritu
sancto vivit et regnat in secula
seculorum benedictus Amen

Explicit bonus tractatus
qui intitulatur de Sone et
Consciencia sumendi corpus Christi
Editus per venerabilem magistrum
Mathewm de Cracovia e-
gregium sacre theologie doc-
torem

Incipit tractatus domini Alberti
ordinis predicatorum super officium
misse.

Isay. lxvj. dicit dominus Ecce ego
inclinabo in vos sicut flu-
men pacis et quasi torrentem
inundantem gloriam quam sugetis
quam sugetis In quo verbo duo
promittit dominus in quibus ha-
bundancia sue bonitatis ostenditur
Quorum primum est perfectio sue
bonitatis secundum perfectas gracie
Secundum autem est gustus sue dul-
cedinis secundum perfusionem glorie
In primo quidem notantur scilicet sue per-
fectionis evidens certitudo

Secundum perceptio immensa veniens
addit per perfectio Tercium autem
in mense sue perfectionis admirabilis
incapacitatis condescensio Quartum
vero est affluencia sue bonitatis
in nos influxio Quintum autem
est omnis nostri desiderij in-
fluxio in quietacionem In primo ho-
rum notatur in adverbio demon-
strationis Cum dicit Ecce ac si
dicat In evidenti est et commonstra-
tionis ad oculum demonstratum
Ysai. lij. Oculo ad oculum videbit
cum converterit dominus syon Gen. xlv
En oculi vestri et oculi fratris mei Ben-
iamyn vident quod os meum lo-
quatur ad vos Item domini conspectum
gencium revelavit iusticiam suam
Oculis enim cordis in lumine
manifestavit consolationem patriar-
chis et prophetis ut viderent in claro
luce et Beniamyn hoc est filium
dextere dei testem habent qui
est candor lucis eterne In quo
omnia hec ab eterno predestinavit
Unde eciam eos qui hanc certitudi-
nem sue consolationis vide merue-
runt beatos habere oculos dicit
Luc. x. Beati oculi qui vident que
vos videtis dico enim vobis quia
multi reges et prophete voluerunt
videre que vos videtis et non
viderunt et audire que auditis
et non audierunt Vidit tamen
ista in spiritu senex Et iam
corpore et nostro spiritu tenens Sy-
meon Luce ij. Viderunt oculi
mei salutare tuum In adverbio

g° demonstracionis notatur sue
participacionis certitudo fidelibus
utiliter demonstrata In hoc autem
quod dicitur Ego quod significatiue et dis-
crecionis notatur Notatur illius participa
cionis inmensitas et cui nichil ad
di potest perfecto ac si dicat decre-
to non minus aliquid quam bonum
quod ego ipse sum influam vobis
quod et est omne bonum Vnde dicitur
Moysi Exo xxxiij Ego on-
dam tibi omne bonum ysa lij
propter hoc sciat populus meus nomen
meum in die illa quia ego
ipse qui loquebar ecce as-
sum ac si dicat Ja decreto
non loquar multipharia
sic locutus sum patribus et prophetis
quia forte imperfecta sunt
que homo dicit potest Eo
ergo ipse adero in vobis prout
quod vnus eorum in spiritu senci-
ens Christum dixit Audiam quid
loquatur in me dominus deus et
alibi ij Cor xiij An experimen-
tum queritis eius qui in me
loquitur Christus ysa lxvj Ego ipse
consolabor vos et in ierusalem con-
solamini videbitis et gaudebit
cor vestrum In hoc ergo quod dicit
Ego signatur et distincte inme-
sitatem sue bonitatis perfectam co-
piam nobis influendum
promittit Tercium autem est
inmense sue perfectionis ad nos-
tram capacitatem commensuracio
et hoc notatur in hoc quod dicit de-
clinabo in vos ac si dicat

Altitudinem mee diuinitatis quam
celi celorum capere non possunt i n°
deponens assumam inferiorem
naturam ipsam ad vos declinabo
ut mei possitis esse participes
sic petitur ps Domine inclina
celos tuos et descende Et ysa lxiiij
Vtinam disrumperes celos et de-
scenderes Sic enim nos condescendes
et nos tui facies esse participes
Sic enim secundum capacitatem dedit
vnicuique suorum suorum fidelium et
prudenciam secundum propriam virtutem mt
xxv dedit vnicuique secundum propriam
virtutem sic declinauit ad nos
mitis et miserator dominus com-
plens id quod dicitur ysa x Verbum
abreuiatum faciet dominus super
terram que consumatio abbreuia-
ta nos inundauit graciam et
iusticiam qua nos visitauit
et iustificauit xpc deus noster et plus
quam breuius factus est in sacramento
in quo totus in paruo percipitur ad
iusticie et gracie complementum Sic
ergo in nos declinans coaptauit
et commensurauit se dominus inmensus
in spiritu Quartum est affluen-
tissima sue bonitatis in nos in
fluxio Et sic notatur per hoc quod
dicit sic flumen quod affluen-
do iugiter dirivatur Et flumine dei
Dicunt enim dicitur ps flumen dei
repletum est aquis gracie et
non est fons arens sine aqua
sic sunt fluxus creaturarum
Sed ipse omni fluxu gracie vt dicitur
Eccli nec deficit sed proficit et
continue in non fluit et ad pa-

tris copie refluit hoc est flu-
uius de quo dicitur fluminis im-
petus letificat ciuitatem dei
hec est sanctam catholicam ecclesiam
per riuos eius inebrians mil-
ge. c. et in stil. c. le. ij. Nos
enim sancti uiri sunt huius fluuius
qui omnes a corpore inebriantur
imperiorum stillicidiis tota le-
tatur concurrens nec eccli.
xxiiij. Dixi rigabo ortum
plantationum et inebriabo par-
tus mei fructum et factus est m
trames enim habundans uere et
semper affluens. Et in hoc notatur
copia sue graciose bonitatis
Quantum est tandem omnis mei
desiderii in influxu illo quie-
tacio et hoc notatur phil. iiij dicit
pace pacificanti enim eum per
fectio illo bono percepto uel am-
plius extra ipsum requirentes
et hec tranquilla desiderii pax
nobis influxa notatur quia
sic dicit Augustinus pax cor-
dis non nisi in summo bono re-
peritur et hec est pax de qua dicitur
phil. iiij. pax dei que exsuperat
omnem sensum custodiat corda
uestra et intel. u. Vere enim hec
pax omnem sensum exsuperat
quia est in bono quod exsuperat
omnem sensum. Quia de illo bo-
no dicit apostolus j. Cor. ij. Quod
oculus non uidit nec auris au-
diuit nec in cor hominis ascen-
dit que preparauit deus diligentibus
se. Et quia tam altum et magnum
est id in quo desiderium quie-
tatur bonum. Ideo nulla pax est
cordis nisi cor ad ipsum deueni-
at et participet bonum id. Unde
Augustinus in libro confess. j. Fecisti nos
domine ad te et inquietum est cor nostrum
donec ad te perueniat. Unde psalmus
In pace factus est locus eius psalmo
lxxv. Dabis pacem nobis domine
ipsum mente sperauimus et de hoc bo-
no quod sic influitur nobis ad pa-
cis istius tranquillitatem dicit Augustinus
in libro confess. x. In omnibus que
mente percurro non inuenio tu-
tum et requietum locum anime mee
preter te in quo colligantur spar-
sa mea quia quicquid bonorum
increatum est sparsim in eterno
bono collectum inuenitur. In his
ergo tribus percipitur bonum diuini
gratia. Horum autem primum excitat
fidem que sicut dicit Augustinus
certitudo est inuisibilium. Secundum
accendit desiderium quia desi-
deratur id quod in bonitate est per-
fectum. Tercium subleuat ad
spem quia id speratur quod nobis
est commensuratum et proportiona-
tum quia spes ut dicit Augustinus
est ita expectatio boni ex meritis
et gracia prouemens. Quartum
adampliat mentem et totius
intencionis expandit sinum.
Quintum autem incitat ad clan-
dum et inuocandum. De primo hoc
dicitur hebr. xj. Fides est substancia rerum
sperandarum argumentum non ap-
parencium. Argumentum enim exe-

titudinem augmentat mentem
et commouet de fidei veritate et
certitudine. De secundo dicitur in ps. lxxviii
Concaluit cor meum intra me
et in meditacione mea exardescit
ignis. Ibi sit feruens desiderium
De tercio dicitur p. pe. i. Regenerauit
nos in spem viuam. Heb.
vi. Confugimus ad tenendam
propositam spem quam sicut anchoram
anchoram habemus tutam ac firmam
Et hec spes in expectando ex te
dio affligitur. Pro. xiii.
Spes que differtur affligit
animam lignum vite desiderium
veniens. De quarto dicitur ii. Cor.
vi. Cor nostrum dilatatum est dila
tamini ad vos ps. Viam man
datorum tuorum cucurri cum dilatasti
cor meum. Ysa. lx. Videbis et
affluens et mirabitur et dilatabitur
cor tuum. De quinto dicitur Jere. xxx
iii. Clama ad me et ego exau
diam te et annunciabo tibi gran
dia et firma que nescis. Cum ergo
in hiis stimulis incitata anima
clamat magnis clamoribus
ut bonum vel magnum percipiat in
plenius anima incitatur ex perscruta
cione dulcedinis et altitudinis
glorie diuine quod consequenti parte
auctor deuotus tamen dicit Cap.
torrente inundante gloriam
gencium quam suscepistis. In hiis
enim verbis tamen notantur s. firmitas
boni diuini et admirabilitas et
puritas quia enim firmum est et
potens in afficiendo. Ideo irrum
pit in affectum penetrando et affi
ciendo per delectacionem quia autem
admirabile est in altitudine. Ideo
dicit quod est gloria omnium gencium
et in quo gloriantur omnes gentes
et sine ipso nichil est gloriosum
quia vero purum est. Ideo su
scipitur ut nichil a masticacione vel
digestione eius impurum abiciatur quod
enim dentibus diuiditur. Ideo diui
ditur et atteritur ut quidquid id
quod purissimum est ab eo sugatur
quod eciam in stomacho digeritur
et inpuritate separatur vel in venis
eliquatur ut ad puritatem quandam
deducatur. Quia autem ultimo a
membris sugitur ita est purum
quod nichil abicitur. Est igitur firmitate
boni diuini in penetrando et afficien
endo vincens affectum admiracione
et altitudine mensuram tenens intel
lectum puritate autem totum delectans
hominem. De primo hoc dicit ps.
Inebriabuntur ab ubertate domus
tue et torrente voluptatis tue po
tabis eos. Torrens enim fortissime
irrumpit et affluit. De admira
cione et gloriositate dicitur Gloriosus
deus in sanctis suis mirabilis in ma
iestate. De puritate delectante dicitur
Ysai. ultimo ut sugatis et re
pleamini ab uberibus consolacionis
eius ut mulgeatis et delectemini
affluatis ab omnimoda gloria eius
et inde dicitur ps. Adimplebis me
leticia cum vultu tuo delectaciones in dex
tera tua usque in finem. Delectacio enim sicut dicit philosophus
in x Ethicorum est operacionem perfi

et naturalis situs non impedita
quia delectatio est non sic sop-
nus sed sic vigilia et cum po-
tencia vel virtus est in operacio-
ne secundum connaturalem situm tota
natura in hanc operacionem diffun-
ditur et cum est secundum proprium situm
tunc nulla iam singulariter in
eam diffundit et nichil habet
contrarie cum ea natura quibus igitur
vel speciei sue aliena cum autem
non impedita est tunc diffunditur
retracta ab aliquo et tunc tota
floret et diffundit sic oculus in vi-
dendo et intellectus contemplando
et delectando in bono divino hec cir-
cumstancientes aliqui patres et prophe-
tarum in gratia quam in gloria hoc est
gloriae pregustacione totum cor ele-
uantes in percepcionem boni divini
fide vera desiderio attento spe
alta corde dilatato clamores
magnos extulerunt ad adventum
ipsius id est boni divini cum sic per-
fecte perficitur in gratia et dulcis
sime et mirabiliter pregustatur
in gloriae pregustacione et clama-
bant omnes affectu dulcedine
boni illius Talis autem perfecta per-
cepcio boni et pregustacio gloriae
importatur in missa Et ideo prop-
ter patres multorum suscipimus ad trac-
tandum misteria misteria mis-
se que sunt inducta in tres par-
tes dividitur scilicet introitum in quo
de hoc bono perfecta ponitur illuminacio
et in oblacionem in qua est istius

boni adepcio et distribucio et in
communicacione Introitus in voce cla-
moris desiderium sistit primum ad
istius boni mutacionem et voca-
cionem qui ex hiis que dicta sunt
in participacione gloriae et gratiae adcla-
mandum sunt incitati Instruc-
cio autem ad perfectam huius boni
pertinet revelacionem Oblacio
autem pertinet ad percepcionem quan-
tum de eo possibile est percipi
Venit enim bonum id est expectabatur
et invocabatur in adventum in
mundum et veniens mundum illu-
minavit et illuminato ad sui congressum
mundo seipsum participandum
prebuit Sic ad ventus eius expec-
tatur in sacramento et de adventu ip-
sius populus sit illuminatus et post illuminacionem
perfecta gratia Ipsum est sua in sacramento
oblacio et communicacio et in hoc perfectum
est misse misterium Fiat igitur
fide attensi desiderio adventus
ipsius spe alta et protensa ad
ipsum corde dilatato clamore
valido clamamus Primo in
missa in desiderio primum Secundo
repentamus illuminacionem plorum
Et tercio oblacionem et communicacionem
omnium suarum gratiarum et hec sunt
que in missa repentat ecclesia
Deus usque quo invocamus ut
veniat cum illuminacionibus per-
fruimur ut sciamus quid sunt
veritate qualiter in ipso inveniuntur
et in eius oblacione percipimus quan-
tum in ipso fidelis populus habeat
sic excitet ad clamandum corde

tore qd in ipso mens nra ex
pectat omne qd desiderat ipso
prestante dno Ihu xpo qui cu
patre et spu sco vivit et regnat
in secla seclorum Amen

Isay xxvi Anima mea de
sideravit te in nocte sed et spu
meo in precordiis meis de
mane vigilabo ad te h verba
dixit ysay in desiderio patrum
suspirancium in aduentum xpi p
sentaui Omne enim tpus qd fuit
a tenebris primi patris peccati usque
ad lucem qua exortum est in
tenebris lumen rectis corde in
ortu salvatoris nri sicut dr
Mal iiii Timentibus nomen
dni ortus e sol iusticie xpus
deus nr Nox vocatur tam de
sarum tenebrarum qd lucem veritatis
exclusit non lux in sit umbris
figurarum legis et lumen gre libertatis
tatis in virtute caliginem peccati
fuit obnubilatum sed ut oms
sedent in tenebris et in umbra
prime mortis Et sic dr Sapien
xv Hac cathena tenebrarum
coclusi an vinclis longe noctis
terras umbras sustinentes
oms desiderio lucis cotidie
a pphis querebant in parad ducentes
tes id Ysa xxi Custos qd de noc
te custos quid de nocte rndet
custos venit mane et nox Si
queritis querite convertimini et
venite pphetam enim quelibet
custodem dni appellabant et
ab hoc querebant tedio affecti

quantum de nocte transierit et quantum
usque ad ortum vere lucis restaret
Rndit custos verba simul consola
tionis et desolacionis Consolacionis
quidem quia venit mane hoc
est invenienda est mane surgentibus
aurore et nove lucis exortum verba
ba aut desolacionis hoc e qd addit
custos et nox est adhuc longius
protelanda Ideo si lucem queri
tis vere eam querite corde et ore
et ope quia tunc citius orietur et hoc
ut facere congruent possitis co
uertimini ad ortum et venite per de
uocionem ad lucem abiectis operibus
tenebrarum et induamini arma lu
cis sic ut in die honeste am
bulemus In hac ergo nocte et
in desiderio spus dixit Ysaias
Anima mea desideravit te in noc
te non mirum quia noctis illius tenebras
nec lux que interdum in verbis et
exemplis scorum emicuit non fu
gare eius aliqua claritate scorum co
solari potuit Unde Sap xx dicitur
Ignis quidem nulla vis nec
siderum flamme lympide poterant
illuminare noctem illam horrendam
quia eciam illa scintilla scorum post
mortem tenebris sub lymbi infernalis
nalis absorpta fuit Et ideo
suspirans anima ysaye et scorum
xpm lucem verum qui tenebras
fugaret desideravit Et hoc est qd
dicit Anima mea desideravit te
in nocte sed et spu meo qui est
spus quo alloquitur in revelacione
spus intencionem et hic est spus qui
est anime pars purior et simplicior

et sup(er)ior i(n) qua ymago dei
depicta i(n) p(re)cordiis pectoris mei
de mane i(n)uenitis mee q(ua)n(d)o
lux intelligencie p(ri)me o(ri)t(ur) vigi-
labo ad te desiderans (et) clamans
ad te vt venias (et) nobis silu(m) t(ibi)
tuu(m) ondas ps deus deus meus
ad te de luce vigilo sitiuit in te
a(n)i(m)a mea Dic(it) en(im) sc(ilicet) Eccl(esiasticus) xx-
xviij. Iustus cor suu(m) tradet ad vi-
gila(n)dum diluculo ad d(omi)n(u)m q(ui) fec(it)
illu(m) et in (con)spectu altissimi
dep(re)cabit(ur) hor(um) ig(itur) patru(m) cla-
more(m) affirmante(m) x(risti) aduentu(m)
eccl(es)ia sp(iritu) s(an)c(t)o afflata repr(esen)tat
in eo cantu qui d(icitu)r introitus
misse q(ua)n(do) subito affectu interro-
ri incita vocem extollit a cla-
more inchoans missam in qua
celebrat(ur) x(rist)i aduentus in sac(ra)m(en)to
D(icitu)r aut(em) introitus non tam ab
introitu celebracionis misse q(ui)
in h(oc) cantu inchoat(ur) q(ua)m ab
introitu salutis (et) istic cuius
initiu(m) in clamore s(an)c(t)or(um) (con)ince-
pit (et) rep(rese)ntat(ur) vn(de) hebr(eorum) x(o) mo
d(icitu)r habentes itaq(ue) f(rat)res fiduciam
in introitu s(an)c(t)or(um) in sa(n)gui(n)e
(christi) q(uam) initiauit nobis viam no-
uam (et) viuente(m) p(er) velamen .i.
p(er) carne(m) sua(m) (et) sac(er)dote(m) magnu(m)
sup(er) domu(m) dei accedamus cu(m)
vero corde (et) plenitudi(n)e fidei
asp(er)si corda a (con)sc(ienti)a mala et
abluti corp(us) aqua munda d(icitu)r
eci(am) hic introitus ab antiquis an-
typhona q(uod) (est) v(er)bu(m) g(re)cu(m) (et) e(st)
id(em) q(uod) reciprocus sonus (et) (com)po(n)itur

ab an g(re)co q(uod) est sonus q(ui)a
est sonus iteruens geminatus ad v(er)-
sus psalmi (et) gl(or)ia p(at)ri (et) post
illu(m) cantat(ur) (et) fuit in antiq(ui)-
tatis aliq(ua)n(do) (con)suetu(m) q(uod) tot(us) ps
p(er) singulos v(er)sus cantabatur
(et) ad quel(ibet) v(er)sum ille sonus
geminabat(ur) q(ui) mo(do) p(ro)pt(er) p(ro)lixitatem
est dimissum s(ed) semel recipit(ur)
adhuc vt in geminac(i)o(n)e (et) rei-
terato sepius repiti clamoris
p(at)rum (con)memorat(ur) (et) rep(rese)ntetur
ab eccl(es)ia sicut dicit ps l(xxx)ij. Qui
reminiscimini d(omi)n(u)m ne taceatis et
ne detis silenciu(m) ei et q(ui)a
ardor suspirancium (con)pellit ad
clamore(m) pocius q(uam) ad sermo(nem)
ideo missa non incipit a p(re)-
cibus sic alie hore canonice
vt dicat(ur) D(omi)ne labia mea
vel Deus in adiutoriu(m) meu(m) i(n)-
tende vel (con)v(er)te nos deus s(alutaris) n(oster)
S(ed) s(ub)ito tot(us) chor(us) prorumpit i(n)
clamore(m) in desideriu(m) aduent(us)
d(omi)ni Excitancia aut(em) (et) incitancia
p(at)res ad sic clama(n)dum sex fue-
runt p(re)cipue Primu(m) quide(m)
est miseria h(uma)ne (con)dicionis .
S(ecundu)m aut(em) instancia hostis
Terciu(m) aut(em) c(er)titudo promis-
sionis Quartu(m) tediu(m) lon-
ge expectacionis Q(ui)ntu(m) in-
p(er)fecto medium (con)solantis Sex-
tum ardor suspirij ad p(re)sencia(m)
liberatoris Primum hor(um) pungit
S(ecundu)m stimulat Terciu(m) trahit
Quartu(m) angit Q(ui)ntu(m) ab
hiis que (con)solari vident(ur) aufert

Sextum ad clamandum fortiter ignem
incendit de primo dicit in psalmo
Pauper sum ego et in laboribus a iu-
ventute mea Exaltatus autem
humiliatus sum et conturbatus Pauper
quidem quia sibi homo ex se ipso
non sufficit in laboribus autem
huius vite non proficit sed deficit
Exaltatus autem fantastice mun-
di exaltacione statim cadens
humiliatus ut vile lutum colliditur
et a miseriis presentibus conturbatus
ps Cor meum conturbatum est in
me et in dolore dereliquit me
virtus mea et inde deficiendi ti-
mor Et huius cerebrorum incorru-
ptum non est meum Et ideo
veritatis terror Job xiiij Homo
natus de muliere et in plenus
veritatis brevi vivens tempore et
inde vite deficiencia repletur
multis miseriis et inde infe-
licitatis angustia qui quasi
flos egreditur et inde efficitur va-
na omnis eius gloria et conteri-
tur et inde luctuosa desiden-
cia Et numquam in eodem statu
permanet et inde misera in con-
stancia quis hec attendat et
non clamet et dicat Educ de
carcere animam meam ad confiten-
dum nomini tuo domine Suspi-
rans continue ad presenciam liber-
toris nostre nature et considerans hominem
monuit pres ad clamandum et
nos huius clamoris memores
presenti congrue clamare ad redemp-
torem sic enim dicit Apostolus phyl
Salvatorem expectamus dominum ihesum
xpistum qui reformabit corpus
humilitatis nostre configuratum corpori
claritatis et tunc finem habebit
omnis hyemis continuacionis miseria
de instancia hostis dicit Job xli De ore
eius lampades procedunt sicut tede
ignis accense de naribus eius pro
cedit fumus sic olle succense atque
fervientes alitus eius prunas
ardere facit et flamma de ore
eius egreditur In collo eius mora
bitur fortitudo et faciem eius
precedit egestas Membra car-
num eius coherencia sibi Os quidem
hostis verba sunt temptatoris im-
pugnantis et hec que de cupiditate
sunt mundi et concupiscencia succendunt
sicut lampades quia delectabilia
promittunt et caro corrupta
candet sic teda succensa Na-
res autem eius astuciam persua-
sionis significat que persua-
sio fomitem carnis tetrum fu-
mum facit emittere sic fumat olla
succensa id est fervens Que olla
corporis significat igne fomitis suc-
censum alitus autem eius sive suf-
flacio significat incendium quod in
mysteriis se suffocans excitat
Ille enim alitus colores nocivos
iam aliquando sopitos recalescere
facit ad illicita Dicit enim Beda
quod incentores sunt demones
malorum cogitacionum et concupiscen-
ciarum non immissores de ore at

aspiracionis ei9 dum inquo tep-
tat corda occulte suggerit Succe-
ditur flama libidinis & intollo
ncitose suꝑbie sue que fiunt
q nichil ẽ in malis meis
sufficit mouetur que magi-
stra sit formido quia hec ẽ valde
formidandum q non sufficiat ꝑ
swasio nisi ducat ad delacionem
et delacionem ꝑducat in moram
& morosam delectacionem prouchit
ad consensum & consensum ad volun-
tatem voluntate ad impetum & impe-
tum ad opus & opus ad consuetudines
et consuetudinem ad contemptum
religionem in peccato & contemptum
ad desperacionem & sic nudam et
ream animam eterna precipit
inferni pena facies aut est
noticia demonis in malis
quam semper omne bonum precedet
egestas et eciam contricia tollit et
naturalia corrumpit & ab eternis
avertit & tempalia ad immobiliter
convertit Membra aut hostis os
iniquitatis qui lege divisi sunt
voluntate & ope tamen interdum
nacendi fortiter coherent dum
omnium vna ẽ summa dei honorem
extingere & semen suum de terra
tollere ps Cogitauerunt vnanimiter
simul ad versum testamentum
disposuerunt tabernacula ydu-
meorum in concupiscencia carnis
& ysmahelite in tyrannide op-
pressionis Edom quippe sanguineus
carnis luxuriam ysmahel
aut ferus ferites significat

oppressor Abacuk .i. clamat pro-
pheta d. Quare non respicis
super inqua agentes & taces
conculcante impio iusciorem
se & facies homines quasi pis-
ces maris & quasi reptile non
habens principem totum in hamo
suo sublevabit & traxit id
in sagena sua congregavit in
rethi suo super hoc letabitur
& exultabit Ita instans est hos-
tis q sic dicitur sunt q insidiando
immolat q promittendo decipit
q suadendo blanditur q minan-
do terret q opprimendo rapit q
omnibus suis fuerunt lacrime sue
panes die ac nocte dum ab in-
sultante hoste dicitur eis cotti-
die vbi ẽ deus tuus Ita q quasi
desperantes dixerunt id Ysai. lii.
Numquid a forti tolletur preda et
q ablatum ẽ a robusto saluum
esse poterit ideo os vna vo-
ce clamabat ad fortiorem q
veniret & alligaret fortem & dripet
in patrem dei vasa que
ipse diu rapuerat & huic clamo-
rem patrum commemoramus in
introitu vocando fortiorem qui
nos a potestate tyranni redimat
& liberet dicendo id Ysa. xxvi
Domine deus possiderunt nos absque
te tamen in te recordamur no-
minis tui Pendens aut vocat
deles tyrannos deus qui nos i-
niuste culpis meis exigentibus
oppresserat Cristi ideo dominum in diuo
suo dominio mens dominio beni-
gnissimo deinde summum ee dicitur

dectitudine promissionis qua
promisit venire d. deut. xxxii.
Deus fidelis et absque vlla iniqui-
tate iustus et rectus. Prover. viii. Iusti
sunt omnes sermones mei et non est
in eis prauum quid atque peruersum
Nu. xxiii. Non est ut homo
mentiatur nec ut filius hominis
ut mutetur. In tot enim pecca-
hominis quod multi dixerunt quod propter
peccata deferret promissa qui-
dam enim fidem non habentes
dixerunt quod non esset nisi tempora-
libus intendendum quia adven-
tus redemptoris nullus esset ex-
pectandus quia prophete essent
locuti spiritu suo quod adventum
domini promiserunt et quod non erant
locuti spiritu sancto sicut et multi
dicent ubi est promissio adventus
de quibus dicitur ii. Pet. iii. Veni-
ent in nouissimis diebus in decep-
tione illusores iuxta proprias con-
cupiscencias ambulantes di-
centes non est promissio aut
adventus eius ex quo enim
patres dormierunt omnia sic per-
seuerant ab inicio creature. Contra
quos et propter quos omnes vno
ore patres clamaverunt ad dominum
dicentes in desiderio spiritus id
Eccli. xxxvi. Da mercedem do-
mine sustinentibus te ut prophete
tui fideles inveniantur. Hec
est veritas qui in spiritu tuo
tuum promiserunt adventum et
illud ps. Iustificeris domine in

sermonibus tuis et vincas cum
iudicaris. Hoc est domine verax in
promissionibus ostendaris quia tui ser-
mones tui iusti apparebunt
et iudicium humanum quod iudicat
propter peccata promissa non im-
pleri. Vincas cum te huma-
num iudicium iudicat promis-
sa dilatare implendo enim quod
promisisti vinces iudicium eorum
Ysa. ii. Super exaltat autem vnum
iudicium hec igitur dilatio fecit
ut clamabant patres ut pro-
missa sua compleret. Cuius dilatio
causa fuit tedium longissime
expectacionis. Unde ps. Heu mihi
quia incolatus meus prolon-
gatus est habitaui cum habitantibus
Cedar multum incola fuit ani-
ma mea. Cedar tenebre inter-
pretatur quia inter tenebrosos
in tenebris diu expectare val-
de tediosum. ps. Vsque quo
domine obliuisceris me in finem
vsquequo a. f. t. a me. Quam-
diu ponam consilia in anima dolorem
in corde meo per diem vsque-
quo exaltabitur inimicus meus super me. Respice et ex-
audi me domine deus meus. Illumina
oculos meos luce presencie tue
ne vnquam obdormiam in mor-
te. Hec igitur longa expectacio
fecit clamoribus interpellare dominum
ut accelleraret. Et si ipsi propheta
missus est ad consolandum
tedio affectos dicebat alii Eze-
xii. In longum differentur dies et

Manda remanda
expecta rexpecta

pibit omnis visio Alii aut id ir-
ridentes dicunt quod dicit ysa xx
viii Manda remanda expecta re-
reexpecta modicum ibi et mo-
dicum ibi ac si dicerent nichil est
quod dicunt prophete tota die in ge-
mentes expecte dum Manda
remanda hoc est hic mandat
deus et hic remandat et cum
non fit sic dicunt tunc prophete
dicunt expecta reexpecta ex-
pecta reexpecta sicut dicitur Abac
ii Adhuc visus procul si mo-
ram fecerit expecta eum quia veni-
ens veniet Vel tantum expec-
tavimus et reexpectavimus quod
tedio victi quasi desperavimus
Et ideo festina quesumus et ne tar-
daveris domine et magna nobis
virtute succurre ut per auxilium gra-
tie quod nostra peccata impendiunt in-
dulgentia tue propiciationis
accelleret Et iterum Expecta pon-
tum et venit Quinta causa
que est imperfectio consolatoris
qui medicum ad consolandum preclare
mittebat quorum nullius
efficacia consolari potuit Hic
verba dixit et consolationem in futuro
promisit Et ideo ipsi consola-
tores onerosi facti sunt populo
dei quia in eis quod querebatur
non est inventum Job xvi
Verbosi amici mei ad deum
stillat oculus meus quia non
solus consolari potest Et iterum Job
xvi Audivi frequenter talia

omnes onerosi vos estis con-
solatores Et paulopost
Utinam esset anima vestra pro
mea consolarer et ego vos ser-
monibus et moverem caput
meum super vos roborarem
vos ore meo et moverem la-
bia quasi parcens vobis Quid
enim in Abraham esse potu-
it consolationis qui sic ipse
dicit Gen xviii Pulvis est et
cinis Quid in Jacob qui
Gen xxxii dicit Minor sum
cunctis miserationibus tuis Moy-
ses impeditionis lingue et
non eloquens heri et nudius
tercius extitit Ysaias vir pol-
lutis labiis est in medio po-
puli polluta labia habentis
habitat Ysa vi Jeremias nescit
loqui quia puer est Jere primo
Et sic omnes subiacent de-
fectibus et perfecto consolationis
in eis non invenitur Sed si
consolari debeo dixit quilibet
consolationem expectans ipse ve-
niat in quo non est defectus
et nos consoletur quia sine ipso
et non nisi per ipsum consolationem
accipio et alia consolatio abscon-
dita est ab oculis meis sicut
dicitur Osee xiii Et ideo omnes
qui in spiritu erant dicebant
Si cura est illi de me non
amplius mittat nuncios
sed ipse veniat et salvet me
qui salvare potest Sic dixit

Iacob Gen xlix. Salutare
tuum expectabo domine. Inh' af-
fectu dicens. Osculetur me os-
culo oris sui. Ari' dicit
Qui amicicias querit reco-
nciliacionem sic dicit philosophus iam
non mittit nuncios sed osculum
imprimat per nature susceptio-
nem et spiritum suum meo spiritui
misceat per oris sui et mei
coniunctionem quia sicut dicit apostolus
Cor vi. Qui adheret deo
unus spiritus est cum eo. Hec
ergo fuit causa clamoris
Recepta autem fuit ardor du-
moris ad presentia Christi redemp-
toris illorum similem et in
carne patres desiderauerunt as-
pectum in quo affectu dicens est
Illud Cant viij. Quis mi-
det te fratrem meum sugentem
ubera matris mee ut inueni-
am te solum foris et deoscu-
ler te et iam me nemo despi-
ciat. Frater enim est eadem carne et
eiusdem. Eadem sunt verba ma-
tris sapie quia ipse ut dicit
Augustinus est sapia genita
de patre sapia ingenita. Foris
autem desiderat eum inuenire ec-
clesia ex occultam diuinitatis
in manifesto humanitatis. De
osculari ante petit ut os im-
primat ori per nature conformitatem
et spiritum misceat spiritui per
cordium consensionem. Opus ca-
ti et mercati. Quia extunc
fuit certa se esse susceptum
et numquam amplius despicien-
dam. Unde dicit beatus Bern' Ardo-
rem desiderii patrum inspiracio
Christi in carne presentiam sepe
recogitans confundor et compungor
sed mihi quidem vix lacrimas
contineo. Ita pudet tepidis et torpo-
ris miserabilium horum temporum.
Cui enim nostrum tantum ingerat
gaudium huius gratie exhibitio
quantum cordibus sanctis accendat desi-
derium sola promissio. Omnis
enim qui tunc in spiritu esse po-
terat dicebat putas video
putas audiam putas quod credo
conspectus. videam oculis me-
is. Arguebant enim omnes quod nec
in eloquio esset nec vir polluti
labiis nec puer nesciens loqui
sed gratia diffundenda erat in
labiis illis. Et quod mel et lac
sub lingua eius futura esset
Et vox sua futura dulcis et
facies sua foret decora prepo-
te speciosa pre filiis hominum. Et
eciam principibus angelorum in
quem ut dicit petrus i. pe. i.
desiderant angeli prospicere
Et ideo omnes eum desiderabant
videre faciem et audire vocem
dicentes Cant ij. Unde
in faciem tuam sonet vox
enim tua dulcis et facies tua
decora. Et illud ps. Speciosus
forma pre filiis hominum diffu-
sa est gratia in labiis tuis.

Et ideo nullus consolari potest in
situ. Nec in aliquo quiescit cor
meum nisi in te. Unde enim dixit
Sophonias ij. Veniet desideratus
cunctis gentibus et replebit gla
domum domini. Hec est fama domini
que modo repleta est mise
ria. In hoc ergo affectu clamans
ecclesia petit in adventu domini
per introitum per commemorationem
faciens desiderii patrum suspi
rantium ad Christum in eterne adven
tum. Clamor enim ille septem
temporibus et in nobis facit u
tilitates quarum prima est fa
cit intencionis intensionem. Secunda
quod facit devotionis fervorem.
Tercio facit anxietatis re
levacionem. Quarto delicti vel
veri de obligationem. Quinto cor
dis dulcedinem. Sexto proxi
mi edificationem. Septimo lau
dis celestis in terra ponit simi
1 tudinem. Primo ergo intentio que
sic dicitur Augustinus. Iudeum tendit
per cultum et sacrificium intenditur ut
velocius ad dominum perveniatur quia
dum ad dominum clamatur cordis de
siderium velocius tendit et hoc
clamor ondit et hoc est quod dicitur
Ysa. xl. Current et non labora
bunt volabunt et non deficient.
Ps. Quis dabit mihi pennas sicut
columbe et volabo et requiescam.
Hic ad dominum elevatis pennis de
sideriis volabo in quo quies est
secura sine labore. In huius rei
significationem animalia dei quorum
capitibus celum imminet alata
et volancia Ezechielis j. describun
tur dicitur dei quod ubi erat spiritus
impetus illuc gradiebantur.
Spiritus autem impetus in deum per
clamorem ondit. Facit eciam 2
devotionis fervorem quia
nunquam clamor ad dominum nisi de
fervore devotionis exurgit
et hoc significatum est Ysa. vj. ubi
dicitur quod Seraphym clama
bant alter ad alterum seraphyn
enim intendentes vel feruen
tes ardentes interpretatur. Hinc est
quod animalia Ezechielis j. in medio
ignis apparuerunt. Unde ibidem
dicitur. Erat autem visio dei cur
rens in medio quatuor anima
lium splendor ignis de igne
fulgur egrediens. Itaque ignis
devotionis indicet fervorem
et tonitruum clamorem designet
et ideo ibidem dicitur quod audivit so
num qui sonum sublimis dei
qui est sonus dominum laudancium
hinc est quod Actuum ij. dicitur quod subi
to factus sonus de celo et sequitur
quod in igne sedit spiritus sanctus su
pra singulos eorum. Facit e 3
anxietatis revelacionem quia
sepissime qui ad laudem an
xius pectus suum accedit in
ipsa dei laude concipit gau
dium et presumere incipit de venia
Unde ipsa iusticia que clare
fit revelatur quod attente ad
dominum clamat Bar. iiiº. Ria

in angustiis et spiritus anxius
clamat ad te Audi domine et
miserere quia deus es misericors
Dan. xiii. d. de Susanna An-
gustie m sunt undique et quid
eligam ignoro et post pauca
exclamavit voce magna su-
sanna/ Video dns eam ab ea
angustia liberavit. Unde etiam
de maccabeis cantatur in cantus
Exclamaverunt ad te domine
in tempore tribulationis sue et
tu de celo exaudisti eos et
sumitur de ii. Es. ix. Facit
etiam a debito de obligacione
quia omnis homo et maxime
clericus laudem debet ex debi-
to officii sui Unde Osee xiiii.
Sumite vobiscum verba conver-
timini ad dominum et dicite ei Omnem
aufer iniquitatem et accipe
bonum et reddemus vitulos labio-
rum nostrorum. Vituli autem labiorum
Iordanus significat laudes divine
soni qui ex altitudine neuma-
tis et deprimendo et acuendo et
gravando et modulis plenorum
imponit qui dat saltus vitulorum
Hebr. xiii. Per ipsum offeramus
hostiam laudis semper deo i.
fructum labiorum nostrorum confiten-
tium nomini eius Ps. Sacrificium lau-
dis honorificabit me et illic iter
quo ostendam illi salutare me-
um super quod verbum dicit Greg. Cum
devote psallentibus datur
in laude dei spiritus prophetie aut

quod utilius est spiritus compunctionis
Facit etiam magnam cordis dul-
cedinem Unde Aug. libro confess.
x. Nos saciabar dulcedine mi-
rabili considerare altitudinem
consilii divini super salute generis hu-
mani Auditu enim parvulo recipi
modulos tympanis et canticis
suave sonantis ecclesie Voces enim
ille influebant auribus meis et eli-
quabatur veritas in cor meum
et fluebant lacrime ab oculis meis
et bene mihi erat cum illis hinc est
quod dicit Ps. Cxviii. Dulcia faucibus
meis eloquia tua super mel ori
meo. Eccli. xlvii. Stare fecit can-
tores contra altare et in sono eorum
dulces fecit modulos et dedit in
celebracionibus decus. Facit etiam
proximi edificacionem quia per ipsos
hic edificatur ad omne bonum Unde
Ps. Circuibo et ymmolabo in taber-
naculo eius hostiam vociferacionis cantabo et psal-
lam domino Sentiunt enim omnes
qui eum audiunt inferre laudem
divinam Ysa. xii. Notas facite
in populis adinventiones eius
Mementote quoniam excelsum est
nomen eius Ps. Narrabo nomen
tuum fratribus meis in medio ec-
clesie laudabo te Sic enim
fratribus narratur qui in medio
ecclesie laudatur et ab omnibus
equaliter percipiatur. Facit etiam
memoriam celestis iocunditatis
similem Unde beatus Bernhardus dicit
Nichil est quod adeo repentet ce-
lestis curie pulcritudinem sic

alacritas laudantium deum ps.
Beati qui habitant in domo tua domine
in secula seculorum laudabunt te
Et ideo etiam angeli laudes
dei diligentes sepe leguntur se
manifestasse choris laudanci-
um ps. Preuenerunt principes
coniuncti psallentibus in medio
iuuencularum tympanistriarum
Principes sunt angeli qui se-
pe in locis sic in choro cum lau-
dantes deum presencialiter ut ibi
deum laudantibus ad deuocionem
excitandam misceantur Iuuen-
cule autem tympanistrie sunt
clerici aut layci mortificacio-
ne carnis et corpore modulacionis
angelis conformes Iuuencule autem
dicuntur in sexu propter bonorum affec-
tuum et operum fecunditatem et ieiu-
te dicuntur iuuencule propter etatis te-
neritudinem et amoris delicacionem
Unde eciam quidam arguuntur Mt
xi Ubi dominus dicit cecinimus vob-
is et non saltastis lamentauimus vobis
et non planxistis quia quidam
merentes homines non iubilant
addendi laudes non compunguntur ad
eccle planctum et lamentacionem
ps. Precinite domino in confessione
psallite deo in cythara Hec igitur
et multa plura bona clamor
ad deum operatur et hic est introitus
reputacionis et commemoracionis clamo-
ris primi. Hic introitus sicut
dictum est geminatur ut in geminac-
ione clamoris primum commemoretur
Versus autem ps. aliquis consonat
cum Gloria patri imponitur et ipse
quidem versus psalmum significat
virtutis in merito quia ps. bonorum
significat operacionem ut dicit Cassiodorus
Gloria patri autem quod imponitur
glorificacionem dando deo de profecti-
bus nostris significat et hec gloria
patri beatus Ieronimus fecit et Dama-
so pape misit ut singulis psal-
mis faceret cum ipsa ipse Dama-
sus addidit Sicut erat et cetera
ut eternitas in preterito et in futuro
illius glorie esse crederetur contra
Arrium qui filium ponebat
in gloria et contra Nestorium et Eutichen
et Paulum Samosathenum qui spiritum
sanctum dixerunt esse patris et filii seruum
et nullam habuisse gloriam in preterito
sed in futuro consecutum esse gloriam quam
seruiendo patri promeruerit Hic
autem forte obiciet aliquis quod
non omnis anime introitus in
vita primum desiderium reputatur
sed tamen ille introiuit qui sicut
adventu sic Adae leuam et
Ysaac Aaron et alii stant desiderium
primum In aliis autem missis tam de
tempore quam de festis sanctorum nullum
significatur primum ad Christi adventum
desiderium Sed ad hoc dicendum quod Christus
a patribus non expectabatur ut ho-
mo sed potius ut Christus omnibus
promissus in suo in scripto gentis in
fine veniens afferret ut rex in suo
curia et omni cetu sanctorum vallatus
veniret ut rex in tua curia ob-
sequentes facerent curie regalis frequencias
Unde dicit Iudas ab Adam septimus E-
noch prophetasse sic dicentem

Ecce venit dns in sanctis milib(us)
suis facere iudicium et arguere im-
pios et arguere omnes de operibus
impietatis eorum ysa v°. Dns ad
iudicium veniet cum senatoribus
populi sui Dan vij°. Milia milium
ministrabant ei et decies mili-
es centena milia assistebant
ei. Post hoc dicitur dns sabaoth
hoc est exercituum et hoc modo sus-
pirauerunt patres ad ipsum ut i-
terum veniret decore fretus pe-
renne regalis et ipse sic venit
suspirantibus ut veniat et gau-
deamus tamen in bonis et gratiis quod
patres nostri antiquitus celebrabant ve-
nisse. Sic in eo auctoritas re-
sultat apostolorum et cantamus
Quia nimis honorati sunt
amici tui deus sic coram
eo extollimus victorias martyrum
et cantamus In virtute tua le-
tabitur iustus sic in eo resil-
tat sanctitas confessorum et cantamus
Sacerdotes tui induant dne
iusticiam. Sic coram eo exultat cho-
rus virginum et cantamus Addu-
centur regi virgines. Sic ad sa-
lutem virginum insistit chorus
angelorum et cantamus Bndi-
cite dno omnes angeli eius
Sic in eo requiem accipiunt
anime post cruces et mitorum la-
borem et cantamus Requiem
eternam. Sic eciam rex venit in
decore suo ysa xxxv Regem
in decore suo videbant Sic

eciam assistit ei omni decore
varietatis sanctorum adornata ps°
Astitit regina in vestitu de
aurato circumdata varietate et
sic omnis de toto anno in istis
clamor est patrum ad suum adventum
¶ Diximus in precedentibus quod kyriele-
yson populi reputatur acclamacionem
tamen clerus desiderium patrum intimi
tamen reputatur Vnde eciam pater
beati Gregorij dyaconus in benedic-
cione cerei dicit letetur et mater ecclesia
tanti luminis adornata fulgoribus
et magnis populorum vocibus
hec aula resultet quia sicut
dicit Job p° Boues arabant
et asine pascebantur iuxta eos
quia dum clerici qui per bo-
ues significantur corda proscindunt
vomere predicacionis et laudis
statim laicus populus gemine
omnifex et simpliciter pascitur ad
obediendum Et ideo kyriele-
yson est introductum ad repre-
tandum quod populus simpliciter deo
per acclamacionem obediencie
fiat consonantium Vnde beatus leo
in quadam epistola de edicione
psalmorum dicit quod cum dauid ps°
faciebat quatuor cantores sic
chore ydithum asaph et eman
hos psalmos editos cantantibus qui
precinebant quibus quatuor
milia cantorum succinebant quos
totus populus in voce laudis sub-
sequebatur Et ideo in hoc ordine
Epus vel sacerdos est loco dauid

regis Quatuor autem can
tores duo scilicet in dextro choro
scilicet Cantor et succentor et duo
in sinistro Per hoc cantor et suc-
centor sunt loco quatuor cantorum
Quatuor autem milia sunt sic
chorus clericorum et hoc totum in
introitu repetitur pluries et
repetitur ut acclamans kyriel
adhuc ut in pluribus acclamat
deo non Romana ecclesia clamat
kyrieleyson Et ideo in sine
moracione boni et devoti propter
desiderio patrum acclamantis
kyriel. Secundo inducitur in missa
post introitum Hic autem nomi
es. dicitur ut quidam dicunt
propter novem choros angelorum
Novies autem significatum esse dicunt
quod ter ~~solempnibus diebus~~
~~quod non~~ ternis canticis fortem
quia primo ter dicitur kyrieleyso
et secundo ter dicitur xpeleyson Et
tercio iterum ter dicitur kyriel quod dicitur
fieri propter tres yerarchias an-
gelorum in quarum qualibet tres
sunt ordines angelorum Novies
etiam significatum esse dicunt quia
in solempnibus diebus cum non
cum non est tempus luctus stati
post acclamacionem kyriеley
son statim inducitur ympnus
angelorum qui est gloria in
excelsis deo Sed hoc valde mira
bile est quod dicitur quod in veritate
non fit ista acclamacio ad an
gelos sed ad dominum et quod novies

clametur addimus quia novem
sunt ordines angelorum non tamen
aliquem hic novem Rima simi
liter ... Septies canta
retur propter septem ordines beatorum
qui sunt patriarche prophete et domini
precursores sic Johannes baptista
et Zacharias et Elyzabeth et
beata virgo et pastores et reges
et alii qui nobis Christum exhibue
runt et demonstraverunt Preterea sunt
apostoli martires confessores et
virgines quare enim propter
istas beatorum distinctiones non
multo magis septies acclama
retur vel propter vii dona quibus
indiguimus ex domino nostro Vel can
taretur octies propter octo beatitudines
que Math. v. enumerat Vel ser
ies propter sex dierum operaciones
ut sic diceremus magnifice
deo nostro quia ista perfecta sunt
opera sua ad optaciones que
non nisi in numero concordant pro
certo parum valent et in multis
sunt derisibiles Nos igitur dica
mus beatos Dyonisium et Ambrosium
sequentes quod in ista acclama
cione que sunt nonaria propter
que etiam ista acclamacio instituta
ta demonstratur Primum quidem quare
primo kyrieleyson cantatur
Secundum quare autem ter subiungitur
Tercium autem quare iterum ter
kyrieleyson in fine subnectitur
Quartum quare in voce greca
et non in latina cantatur Ad
primum horum dicimus quod sic dicit
dyonisius dominus non est se

poris et ideo est in genere relationis
Ambrosius autem dicit quod est nomen
proprietatis et secundum hoc non in genere
relationis quia sic correlatiuum
ad quod dicatur non habet unde secundum
primum nomen intellectum est nomen
potestatis quia hoc nomen continens
potestatem est datiuum. Nomen enim
nomen ista duo considerantur et
ideo stat semper cum qualitate
Qualitas autem in eo est in quo
impositum est et quia quali-
tas sunt semper ideo primus in-
tellectus nominis est sumendus
a qualitate a quo est impositum
non est hoc expressius docetur
considerauit dyonisius qui dicit ipsum
esse nomen suppositionis Suppo
autem potestatem ut idem dicit ex tribus con-
sistit scilicet ut suppositum excedat in
feriora a nullo depressum et
ut potestatem in se habeat suppo
sitionis cum eo ut potestatem ha
beat in altis continentem se vir-
tutem ne ad infima possit
deflecti vel inclinari primum
horum est honoris et dignitatis
Secundum ditissime possessionis Tercium
autem fortitudinis virtutis et
ideo dignitate sua et honorem
ad potens suppositionis et donationis
verus dominus ut dicit dyonisius est in
cessanter appetitiuus et in dig-
est ei ut aliquid supponat sic
quod non dicetur secundum solus deus do-
minus est de quo dicitur hester xiii
Dominus vniuersorum tu es sic filius
dominus est de quo dicit apostolus heb.
ii. Cum pater omnia subiecerit sub
pedibus eius. Et in xxvi psalmus
dixit dominus domino meo sede a dextris
Gen. xxvii Dominum tuum illum consti-
tui et omnes fratres tuos seruituti
illius subiugaui Sic dicitur dominus
pater dominus filius dominus spiritus sanctus.
Et tamen non tres domini sed unus
est dominus Sic dicitur Exo. vi. Ego
apparui Abraham in deo omnipotente
et nomen magnum adonay non
indicaui eis quia verum dominum appa-
rens patribus non exhibuit sed no-
bis dominum dominorum exhibuit
quia sic dicitur heb. i. Multiphar-
iam multisque modis deus
loquens olim patribus in prophetis
nouissime diebus istis locutus
est nobis in filio quem ut dominum
omnibus propositum esse probaret
et ostenderet constituit enim heredem
vniuersorum per quem fecit et secula. Vbi
enim proponens eum et subiciens
huic exaltant omnes diuitie
pulcritudinis et honoris pulcra enim
ut dicit Tullius sunt omni no-
titie accedunt cum decora laude
bona aut vera sunt ut dicit Augustinus
que omnibus melius est esse.
Cumque igitur potestatem et comme-
dam pulcritudinis et honoris habeat
ditissima et splendidissima possessio
ad copiam ut ab ipso omnes
ditentur Ille potestatem habet tamen
sue suppositionis et tamen non habet
nisi filius de quo dicitur Joh. iii.
Non enim dat deus ad mensuram
spiritum supple filio ceteris autem diui-
dit spiritus patris dominus singulis
prout vult sic dicitur i. Cor. xii.

diuidens singulis pro ut vult
i Cor. xii. dedit unicuique secundum
propriam virtutem Ipse enim omnes
simul possedit pulcrior et bona
divicias de quo dicitur Joh. primo
vidimus gloriam eius gloriam quasi
unigeniti a patre plenum gratie et
veritate Ad Col. ii. In ipso sunt
omnes thesauri sapientie et scientie dei
absconditi Gen. xxiiii Genu-
it Sara uxor domini mei filium
et dedit ei dominus meus omnia que
habuit Sara uxor domini nostri
patris est ecclesia que significat beatam
virginem mariam que casta concepit et
virgo peperit non habens maculam
corruptionis in conceptu neque virginitatis
penam in partu Et huius filio omnia
data sunt in possessionem Hic ergo
vere est dominus sicut Gal. iiii. Quanto
tempore heres humanitatis susceptione par-
vulus sit nichil differens a
servo cum sit dominus omnium. Hic etiam
veram veritatem habens se in altis
contineat qui ad yma et vilia
nunquam deflexus Et ideo nun-
quam scabellaribus conculcandus
per appetitum vel opus approximavit
Unde dicitur Eccli. xxiiii. Ego in altissi-
mis habito et thronus meus in
columpna nubis Sedes in nube
assumpte carnis ut dominus quia
caro etiam columpna est non
inclinabilis ad aliquid conculcan-
dum peccatum quod Ysay. xlv. Ego
dominus et nemo est alter preter Quis

sicut dominus deus noster qui in altis ha-
bitat et humilia respicit in celo et
in terra Hec autem tamen in hoc nomine
dominus comprehendit beatus Dyonisius
his verbis dominus est non peior sive
inferior excessus tamen sed et omnis
pulcrior et bonorum potentiam omnimo-
da possessio vera et non cadere va-
lens fortitudo Nos autem per pec-
catum in triplicem incidimus mi-
seriam scilicet subiectionis servitutis
peccati etc unde sic dicitur Johannis viii
Qui facit peccatum servus est peccati
paupertatem bonorum gratuitorum su-
mus spoliati Unde dicitur Apoc.
iii. Miser es et miserabilis et
cecus et nudus et pauper Con-
culcacionem etiam incidimus a
demonibus vilissimis qui
potius erant conculcandi quam
ipsi sunt Tren. v. Ser-
vi dominati sunt nostri Non fuit
qui redimeret de manu eorum
De primo hoc dicitur Ysa. xlix. Hec
dicit dominus ad contemptibilem animam
et abhominatam gentem ad servum
dominorum Gen. ix. Servus servorum
sit fratribus suis De secundo hoc dicitur
Tren. iii. Ego vir videns pau-
pertatem meam in virga indig-
nacionis eius Eccl. v. Genuit
filium qui in extrema eges-
tate erit hic enim maxime dicitur
de adam qui dives creatus
fuit et in extrema paupertate
genuit filios Job. i. Nudus

egressus sum ex utero matris mee
nudus revertar illuc Ezech. xvi
Eras nuda et ignominia plena
Tertio dicit Ps. liii. Qui te hu-
miliaverunt et dixerunt anime tue in-
curva ut transeamus et posuisti
ut terram corpus tuum et quasi viam
transeuntibus Treny. i. vi. Clamabo
mirabam et lassus non dabatur
requies Ps. Conculcaverunt me
inimici mei tota die quoniam multi
bellantes adversum me. Ezech. ix.
Omnis mulier que est forni-
caria quasi stercus in via ab omnibus
pretereuntibus conculcabitur. Mulier
emollita anima fornicata a
deo suo data demonibus in con-
culcacionem Quando igitur iste si po-
pulus fidelis audiens cleri-
cum desiderio parum ad nos do-
minum sentiens nichilominus
suum propter hec defectum concla-
mat et acclamat deo invo-
cans vere suppositionis et
ditissime possessionis divine
virtute fortitudinis ut non
solum se contineat in altis ve-
rum sic dicitur i. Reg. ii. Suscitat
de pulvere conculcatum egenum
et de stercore erigens pauperem ut
sedeat in sede deorum cum princi-
pibus et solium glorie teneat. Quod
kyrieleyson tribus vicibus ut
ubi hec triplici defectu propter miseriam
ad se clamantes sublevet
Hec est igitur causa quare primo dicitur
ter kyrieleyson quod sonat domine

miserere Propter ordo beati Ambro-
sii hic quod in principio misse
dicitur kyriel. Constitutum autem
post istam divinam interpellacionem
sit ad mediatorem clamando
qui sanator sanctificator est
nunc ter clamando christeleyson
Christus enim unctus interpretatur
Unde sic est in Ps. Unxit
enim deus oleo leticie pre
consortibus suis Unctio enim
olivum sic dicitur Johannes et Ber-
hardus Ungit lucet et pascit
Ungit igitur sacramenti lucet
virtute intellectuali pascit quasi
cui virtutes morales ungit
quidem sic dicitur Ysa. lxi.
Spiritus domini super me eo quod
unxit me dominus ad evange-
lizandum pauperibus misit me
ut mederer contritos cor-
de lucet autem sic dicitur Ysa.
lxii. Propter Syon tacebo et
propter Jerusalem non requiescam
donec egrediatur ut splen-
dor iustus eius et salvator
eius velud lampas accen-
datur In lampade autem
oleum est lucis Pascit sic
dicitur Exo. xvi. Cum manna
saporem haberet panis o-
leati propter istud dicitur Cant.
primo Oleum effusum
nomen tuum Ungit autem
quasi defectum in fine vel ignaram
expertum incidimus lucet
contra tenebras ignorancie
in quibus per peccatum incidimus

Pascit contra defectum insipiditatis
boni celestis in quo insipiditatem
incidimus ex improbra libi-
dine commutabilis boni damp-
nati sumus. De primo dicitur Exodi
xxx° Unguentarius pig-
menta conficiet suavitatis
et unctiones perficiet sanitatis.
De secundo precipitur Exodi xxvi. ubi
precipitur quod oleum purissimum sem-
per infundatur in candelabro domini.
De tercio ps. Sicut adipe et
pinguedine repleatur anima
mea. Sic ergo populus suam sen-
tiens infirmitatem patiens te-
nebras insipiditatem abhor-
rens clamat ad unctum kyriel.
ut unctione sanet infirmitatem
ac si dicat unctione tua sa-
na me domine et sanabor. Sal-
vum me fac et salvus ero quoniam
laus mea tu es. Jeremie xvii. Cla-
mat iteratus ad illuminantem christum
lampade oleum non deficiat. Dominus
deus meus illumina tenebras
meas et illud Michee vii. Cum
sedero in tenebris dominus lux mea
est. Clamat tercio ad omnis pin-
guedinis saporem quia sicut
ipse dicit Ysaie lvi. Audite audientes
me et comedite bonum et delectabitur
in crassitudine anima vestra. Et
sic ter clamat christe eleyson. Non
autem clamat ihesu eleyson quia
ihesus unctionem non sonat sed
salvatorem ex potentia sue di-

vinitatis. Cum enim dicit kyriel.
ex dominio sublevat sicut
diximus. Christe manet sancta-
ti quos ex confirmata sonat. Et
ideo statim kyriel. ter cantatur
christe eleyson. Deinde kyriel.
item ter repetitur. Quia sicut
diximus dominus est nomen potestatis.
Potestas autem ut dicit Dyonisius
in celesti yerarchia tria facere
habet. Ultrix enim est iniquitatis
punitive vindicacionis. Com-
pressiva est male voluntatis per
servitutem. Defensiva est vir-
tutis et boni per plenum equi-
tatem. De primo horum dicitur
Deus ultionum dominus deus ultio-
num libere egit. De secundo dicitur in psalmo
Dissipa gentes que bella vo-
lunt. psalmus Molas leonum confringet
dominus. De tercio dicitur in psalmo liberasti
nos ex affligentibus nos et eos
qui nos oderunt confudisti. Hester
xiii. Si de manibus nos liberare
continuo liberabimur. populus igitur
sentiens se iniquitatis reum clamat
in manus domini ne senciat ultorem
gladium et fugit ad manus domini
ac si dicat illud Job xix. Fu-
gite a facie gladii quoniam ultor
iniquitatum gladius est. Sen-
tiens sua rebellione ab in-
quirum reatus fueris me recor-
daberis sentiens iperra que in
ipso sunt legi dei contraria non sunt
libera clamat tercio ut illa libe-
rentur. Job xiii. Libera me domine

ꝛ pone me iuxta te et cuiusuis
manus pugnet contra me · Ibi tangit
potestatis simul duo · Ro xiii · Ubi
dicit · Vis non timere potestatem bonum
fac ꝛ habebis laudem ex illa · Si aut
malum feceris time · Non enim sine
causa gladium portat · Vindex
enim in iram ei qui male agit
In hoc enim quod dicit bonum faciens
laudem ex potestate habebit tangit
honorem libertatis · Cum aut dicit
time non sine causa gladium
portat tangit servitutem per quam
concupiscentia comprimitur voluntas ne
procedat ad actum · In hoc aut quod
dicit quod iudex est in iram ei qui
malum agit tangit ultionem
iniquitatis · Sublevata enim mi-
seria ꝛ sanata nulla adhuc
indigemus ut libera servitute non
vltis carnis scelus valide · Adhuc in-
digemus ut libera servitute non
infirmitate corripiat ut tamen re-
bellionem involuntate · Adhuc e-
digemus ut liberas non faciat in-
stare laudis confessione · Hec est
igitur vera causa quare ter primo
clamatur kyrieleyson ꝛ tunc ter sub-
iungitur · Xpisteleyson et tercio ter
subiungitur iterum kyrieleyson · Et sic tamen
prima que de hoc querebantur sunt
soluta · Quarto aut querebatur
quare in greco ꝛ non in latino
clamatur de quo quattuor raciones
a patribus assignantur · Quarum prima
est quia summa sapientia mundi in
greco floruit sicut dicitur · i · Cor · i ·
Iudei signa petunt ꝛ greci sapientiam
quesierunt · Ut ergo ostendatur quod ista
que ista invocatio summa sapientia
est et ex summa sapientia procedit
in greco cantatur · Sicut enim iu-
deus per scripturam cognovit · Ita ge-
tilis sapiens ꝛ plus per naturalem
sapientie racionem deum cognovit
Et ideo clamare ad deum do-
cuit · Et hoc est quod dicitur Ro · primo
Evangelium virtus dei est in salu-
tem omni credenti · Iudeo primo
ꝛ greco quia iudeus primum virtute
dei in evangelio cognovit quod co-
nuit per scripturam · Grecus aute ea-
dem virtutem per sapientiam acqui-
sitam ductu tamen in evangelio
cognovit quia inter omnes genti-
les grecus tali sapientia sapiens
fuit · Secundam causam assignant
observacionem legum que apud
grecos primo fuerunt sicut
ostendunt leges xii tabularum
ꝛ pandectarum sunt que usque hodie
perseverant · Agrestis enim mores observ-
are ꝛ hanc iusticia ecclesia iusticiam
legis cum cognoverit acceperunt
primum inter gentiles · Unde Ro primo
dicit apostolus · Quod iusticia iudeo
ꝛ greco revelatur ex fide in fidem
quia sic iudeus ex fide iusticie
legis moysaice iusticiam evangelii
cognovit · Ita grecus ex fide iu-
sticie naturalis cognovit iusticiam
evangelii · Unde etiam david eosdem
arguit hanc iusticiam nolentes
cognoscere ꝛ dicit · Multi dicunt · Quis

ondit nob bona ac si dicat h
qd supucacua est quia signatum
est sup nos lumen vultus tui dne
In iusticia naturali que est
exm lumen vultus tui domine
et ex hoc dedisti leticiam in cor
de meo quia existi cogsto
tuum iusticia que valde ppin-
qua est verbi vn de vt. xxx
et Ro. x. Prope est verbum in ore tuo
et in corde tuo et hoc est verbum
fidei quod et predicamus Grecus ac
p omnibus gentilibus istam studio
invenit et coluit iusticiam Racio
vero e quia ad leram grecus p(ri)us
hanc ab aplis accepit fidei in-
vocacionem sic patz in eplis pauli
que excepta prima et vltima
omnes grecis scripte sunt Sil(ite)r
omnia ewangelia excepto ew-
vangelio Math(ei) et similiter actus
aplorum et apoca(lipsis) qz prime ec-
clesie que signant ecclesie vniuersi
tatem fundate sunt in Asye parte
que grecia vocabatur Prima
et vltima est quod nobis latinis
a grecis deriuata est fides
quam petrus et paulus a grecis
et latinis venerunt et ita ipsi
fuerunt nobis fons et origo
salutis Proverbiorum v. Diriven-
tur fontes tui foras et in pla-
teis aquas tuas diuide Vt
ergo Reuerenciam exhibeamus sa-
piencie et vt honorem demus
cultui iusticie a grecis exorti
et cognoscimus quod a grecis salutem
hanc primo a paulo et barna-

ba Act. xvij Accepimus vt meo
res simus quam ista grecam a grecis
ad nos est deriuata precisis silla-
bis et vocibus quibus primo a pplo
invocatum est nunc conseruamus
ad huc verba clamoris illius
Hanc enim reuerenciam patribus debe-
mus et tradiciones eorum sic ipsi insti-
tuerunt obseruent i. Cor. xi
Laudo vos fratres mei quia per
omnia mei memores estis et sicut
tradidi vobis precepta mea tene-
tis In huius rei signum adhuc
in certis solempnibus leguntur
in grecis prophecie et ewangelia
in quibusdam festis. Huius eciam
signum quod solempnia concilia Con-
stantinopolitanum Nicenum Anthio-
cenum Effesinum celebrata sunt in
grecia in quibus ea que sunt
de missa maxime primitus sunt
sunt instituta quamuis a beato
Gregorio resecentur quibusdam super-
fluis postea sunt ordinata et
ad huc quemadmodum tenet eciam ro-
mani reducta Qui quando conclamat
bonus populus kyriel et xpel
leyson vnde eciam invocantibus
nunquam desunt vel de est vel de
erit diuina In diebus consola-
cionis quando consolandus est populus ab
altari tunc quam a consilio dei re-
spondet i. qui in altari stat loco
dei qui est magni consilii ange-
lus Episcopus vel sacerdos dicit Gloria
in excelsis deo ac si dicat illud

Ier. xxix dicit dns Ego cogito co-
gitaciones pacis et non afflictionis
invocabitis me et ego exaudiam
vos Unde est ac si dicat Ex quo
in desiderio pacis exclamat clerus
et ex quo ad nos conclamat populus
Ideo factum est gloria deo et pax ho-
minibus ac si dicat id Ier. xxxiii
Ascendat vox tua affectu et conti-
nua alacriter quia est meritis op-
time Exaudiam quippe clamores
istos et mittam vobis in sacramento
que in pueris et nudis ut per participa-
cionem sui decantatis malis eciam
in ab omnibus bonis impleatur
Unde sic qui celebrat missam
postulum altaris quod accedens
ad altare primo sumit ut ipso
possit veram pacem initiare
Ephe ii Veniens evangeliza-
vit pacem ei qui longe est
et pacem ei qui prope est et pacem
ei qui prope est In diebus profestis
et in diebus luctus sic in ieiunio non
sit ieiunium exultacionis in pen-
thecosten non cantatur quia ti-
mentes iram de peccatis satis-
facimus et pacem nondum ad hunc
donatam nobis commemoramus
Hic ergo predicitur et intimatur
et a missa Gloria in excelsis deo
hac de causa incipitur ab eo quod
loco dei stat in altari et loco est
qui nobis est angelus magni
consilii futurus sicut iam unus
angelus Gloria in excelsis can-
tavit cum nobis in sacrificium sal-
vator primo fuit exhibitus

Luce ii primo quia vero mox
cum angelo facta est multitudo
celestis exercitus laudancium deum
Ideo episcopo vel sacerdote incipien-
te Gloria in excelsis deo Et in
terra pax hominibus bone volunta-
tis usque huc enim ab angelo
est cantatum et secundum primam in-
stitucionem usque ad eundem locum
erat ab episcopo et sacerdote implendum
Et statim in memoriam illius
quod dicit Luce ii Factum est cum an-
gelo multitudo celestis lauda-
tium deum incipit chorus laudamus
te et cantat ea que secuntur alta
voce et solempniter cantica que secundum
rei veritatem composuit et ad-
didit beatus papa Thelesphorus qui
a beato petro fuit nonus et in-
stituit quod in nocte nativitatis domini
In prima missa decantaretur
ob memoriam eius quod tunc ab an-
gelo premente et angelis conme-
tibus in consolacionem humani generis
est primo cantatum Quidam autem
dicunt quod hoc quod dicitur laudamus te
et que secuntur a beato hylario picta-
viensi episcopo est compositum et ad-
ditum sed non est verum Postmodum autem
Symmachus papa instituit quod hymnus
gloria in excelsis in festis apostolorum
et martirum et virginum cum non esset
tempus penitencie et luctus vel in diebus
dominicis decantaretur ad augmentum
divine laudis que condicitur in glorio-
sis festis sanctorum Hic ergo et hac de
causa in missa inductum est Gloria
in excelsis deo et cetera De ant ympni

angelorum quia primam partem
eius laudando cantavit angelus
Residuum autem scilicet quidem est
ab homine sed in memoriam con
cinentium angelorum cum angelo pre
cinente Dan. iii. Benedicite an
geli domino laudate et super exal
tate eum in secula Ps. Benedicat
domino omnes angeli eius poten
tes facientes verbum illius ad
audiendam vocem sermonum eius
Igitur ympnus componitur ex duo
bus scilicet ex hoc quod est angeli pre
cinentis et ex hoc quod scilicet est in
memoriam concinentium angelorum
concinentium In hoc autem quod est an
geli precinentis duo habentur scilicet
gloriam deo cuius consilium huius
liberacionis invenit et continet
pacem que hominibus bone vo
luntatis in consilio illo est et presta
et reddita In primo dicit scilicet
gloriam et glorie causam et hanc esse
deo attribuendam Gloria autem est
mala ficta vana et vera Gloria
mala est de malis eorum de quibus
dicitur prov. ii. letantur cum ma
le fecerint et exultant in rebus
pessimis ibi habet translacio lxx
gloriantur cum faciunt mala et gau
dent in pessimis Ps. Quid
gloriaris in malicia Ficta gloria
est qua aliquis sibi attribuit quod
suum non est sicut i. Cor. iiii.
Quid habes quod non accepisti
Gloria autem vana est in cadu
cis et vanis Ys. xl. Vox dicentis
clama et dixi Quid clama
bo Omnis caro fenum et omnis
gloria eius quasi fenum flos et
siccatum est fenum et cecidit flos quia
spiritus domini sufflavit in eo Jer.
ix. Non glorietur dives in diviciis
nec sapiens in sapiencia sua nec
fortis in fortitudine sua Prov.
vl. Ubi nos habemus fallax gracia
et vana est pulcritudo habet translacio lxx
fallax gloria et vanus est pulcritudo
Gloria autem vera est de bono
ipso quod nullo indiget bono et
hoc duplex scilicet auctor omnis boni
et eius cui id bonum participat de
primo dicitur Joh. x. Ambrosius dixit Ysaias
quia vidit gloriam dei Eccli. xlv.
Ostendit illi gloriam suam Hec
enim gloria splendens est decoris
et magnificencie divine Gloria ut
scilicet communicata est Gloria in deo
communicato scilicet hic decore et magni
ficencia Jer. ix. In hoc glorietur qui
gloriatur scire et nosse me. i. Cor.
xi. Qui gloriatur in domino glorietur
ii. Cor. ii. Gloria nostra hec est
testimonium consciencie nostre Gloria ergo
vere accepta est quam diximus
divina Est autem in excelsis sicut in
celo Est autem hic in excelsis scilicet non
quidem locis scilicet decore et magni
ficencia que super omnia celsa sunt
celsiora In quibus solus deus
decore sue ostendit bonitatis et vir
tutis et magnificencia operum
mirabilium suorum Unde luc. ii. Gloria
in altissimis deo Hoc enim altissimum
consilio virtute et magnificencia sue

erat z sut q filiu z in carnem
misit z cottidie mittit in sire tu
de quib du parpi debent dixt
anglus luc j Virtus altissimi
obumbrabit t z hc significatu
est Job xl v' s ad homine dt
dns Si aut habes brachiu
ut deus z voce simili tonas cir-
da tibi decorem z insublime eri
gere z esto gloiosus z speciosus
indue vestib ac si dicas Si
gloiosus vera gloia es oportz
te brachiu fortitudinis invi-
cibilis vt deus hz hre z voce si
milis veritatis z auctoritatis in
tonare z decore virtutis circunda
tum esse z insublimib te os-
tende i e gloiosum ee et specio
sus p honestatem omnem ves-
tibus induaris in conversacione.
Hec igitur est vera causa glie
z ideo no nisi deo supple attri-
buenda qui solus hec possidz
z hz Et ideo hec gloia que e
i altissimis sit deo supple att
buta z inre laude data deo
qui solus e gliosus in se z in
scis suis Et io dt ysa. xlii
Gliam meam alti non dabo
z laudem meam sculptilibus
j thi vi Regi aut sclorum in
mortali invisibili soli deo glia et
honor hc significatu est Genesi
xxxix Ecce dns meus omnib in
traditis ignorat q habeat i do-
mo sua nc quidquam est q in
mea non sit ptate vel non

tradidit michi pter te que uxor
eius es Sciebat eni bonus Joseph
q dnm erat Aplus j Cor x
Uxor viri gloria eius e z ideo
lz eu gloia acceptavit tam
eum dm sui glia nichil egent
habe voluit q no est i hoie
q homo sit vir possit gliari
Sz in aliis bonis domus dm
nob conced ptate in glia aut
non vult hre consortem Sic nc
vir in uxore sit gl z anglus
deo soli attribuet gliam veris
sima cantat Glia in excelsis
deo Continue aut subiungit
hic q ex glia di excelsor fac
tum est nob dns Et in tra
pax homib bone voluntatis ca
dicens in vbo s pax necessite
pacis veritatem z pacis congrui-
tatem Pacis necessitis tangit i
nomine pacis veritas significat
Congruitas aut pacis in hoc
importat Cu dt homib bone
voluntatis Hys eni qui rone v
titur z intellectu sui dm veita
tis pficiunt z voluntatem forma
boni formant vt bonum velit ist
vera pax congruit z non aliis Sc
z ph q dr homib bone vo
luntatis congruitas pacis signi
ficatur in qua pax est nimias
dr Job ix Terra data est i ma
nus impii et ideo in pace
esse no pt nisi deus ipse pace
faciat Job vii Temptacio est
vel militia vita hois sup

tiam Ioh. xvi. In mundo pssurā
hebitis in me aut pace Dan.
vii. Prefiguratur hec ubi quatuor
venti pugnant in mari mag
no et egrediuntur bestie con
pugnantes Quatuor enim ve
ti sunt quatuor suggestiones
demoniace mare mundi hu
perturbantes hec est timor va
nus spes vanior gaudium ma
lum et tristicia que mortem
operatur Hec enim mundum quasi bestias
faciunt rixari Hic ergo pacis
prima est necessitas sic promittitur
Iob v. Bestie terre erunt paci
fice et scies quod pacem habebit
thabernaculum tuum Adhuc enim Christus
venit in corpore in quo nichil
erat pugne Sed omnia eius
erant consona sic dicitur quod omnia ani
malia parata erant in archa
noe que corpus domini significat
in qua omnia ad utilitatem
nostram pertinentia erant pa
ta quod pacem in terris faceret
et corda pacificaret sic dicitur Ysa.
xxvi. dabis pacem nobis
pace quam in te domine speravimus
Veritas aut pacis importatur
tamen dicitur pax unitas aut pacis
conficitur ex tribus Ex pace temporis
et pace pectoris et pace eternitatis
ut prima sit in confessione Secunda
in cordis dulcedine Et tercia
in eternitatis perfustratione Pax
aut temporis non ut quidam pu

tant tranquillitas est Quia illa
mundum fuit, sed data in hoc mun
do Ysa. ii. Thi. iii. dicitur Omnes qui
pie volunt vivere in Christo persecu
tionem pacientur et Apok. i. dicit
Iohannes particeps tribulacionis in Christo
Ihesu Math. x. Ecce ego mitto vos
sicut oves in medio luporum Oves autem
in medio luporum pacem non habent
Unde tranquillitas temporis non potest
dici pax temporis Sed pocius pax
temporis est communis susceptio emer
gencium in tempore ut quod vel tribula
cionis vel consolacionis in tempore emer
gat equanimiter suscipiatur in
pace tranquillitate animi nullatenus
violata sic dicit Ps. Cum hiis qui
oderunt pacem eram pacificus
cum loquebar illis impugnabant
me gratis Hec est una pars vere pacis
quam Christus cum inde haberet Secundo
eundem ad consulendum recepit Ro. xii.
Si fieri potest quod ex vobis est cum
omnibus hominibus pacem habentes
Secunda pars est in dulcedine cordis
pacati que conficitur ex quatuor scilicet
ex conscientia remissionis peccatorum et
ex reconciliatione ad deum ex con
cordia conscientie cum voluntate et ex
perfecta affectionum cordis tranquillitate
et hec in duobus locis dicitur glose super
aplm De primo modo pacis in
telligitur quod dicitur Ro. i. Gratia vobis
et pax etc. ibi pax est ex gratia
que est remissio peccatorum De secundo modo
pacis dicitur Ysa. xxvii. pacem faci
et mihi hec est se mecum reconcilia

bit De t[er]c[i]o parte d[icitu]r in ps. Fiat
pax in virtute tua quia pax illa
non fit inter [con]sciam et volutate
nisi magna virtute cor voluntate
contineat ne ad malum impetum
ferat Unde sequitur et habundancia
in turribus tuis que turres sunt
munitiones virium anime rationalis
insolubilis et incorruptibil[is] quibus si est
habundancia boni pax perficitur con-
sciencie imperantis et voluntatis obe-
dientis Si autem aliter fit statim con-
sciencia movet bellum et remordet
De quarto modo pacis d[icitu]r phy. iiii[o]
Pax dei exsuperat omnem omnem
sensum custodiat corda vestra et intel-
ligencias vestras Hec enim est tranquil-
litas cordis dulcis custodiens omne
ipsum sensus ingerunt ad cordis turbacionem
et tenens intelligencias vestras in con-
templacione et delectacione boni in-
terioris Ps. Inpace factus est locus
eius quia in tali pace habitat
deus Pax autem eternitatis ut d[icit]
Aug[ustinus] in libro de civitate dei xix
Est pax celestis civitatis que ut
idem dicit est concordia fruendi
deo et invicem in deo Nullo enim
debemus frui nisi deo et omnibus
bonis que in nobis habemus frui in-
vicem in deo tunc in dul-
cedine boni divini in nobis et
in proximo habiti eternitatis
pacem possidebimus Math. v[to]
Beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur
De hac triplici pace temporis pec-
toris eternitatis d[icit] Xpc. ad suos.
Ioh. xiiii Pacem relinquo vobis
pacem meam do vobis non
quomodo mundus dat ego do
vobis Reliquit quippe nobis
pacem temporis dedit pa-
cem pectoris non admodum
mundi sed sue ipsius dulcedinis
inditum; dedit pacem eternitatis
Hec pax congruit hominibus
communibus vivientibus non furca-
libus semetipsos lacerantibus de quibus
dicitur Gal. v. Si invicem mor-
detis et comeditis videte ne
ab invicem consumamini Isti sunt
enim qui in bestias mutaue-
runt similitudine cordis sui
de quibus d[icitu]r in ps. Homo cum
in honore esset non intellexit
comparatus est iumentis insipientibus
hominibus id est intellectum iusticiam
et pietatem colentibus datur pax
ista quia illi vere sunt animal
mansuetum unde ipsum homo
dicitur etc. phy. hest. iii[o] Vole-
bam ut cunctis mortalibus
optata pace fruerentur Mansione
sunt bone voluntatis que bona
non est sicut d[icit] Aug[ustinus] nisi sit
preveniente gratia operante vel bonum
velit et sic subsequente gratia vultus
que gratia vocatur cooperans ut
bonum efficaciter et non frustra ve-
lit phy. ii. Deus est qui operatur
in vobis velle et perficere pro bona
voluntate Velle enim operatur gratia
cum ipse operatur qua voluntate
informat ut bonum velit et
a malo se avertat perficere autem

opat' gra cooperante que nobiscum opat' in opere virtutis et meriti ne frustra dicamus nos habere voluntatem cui nichil operam .ii. Cor. ix. Si voluntas prompta est secundum id quod habet accepta. Talis enim voluntas tranquillitati divine similis est et pax congruit ei. Sic benigne facit nobis deus in bona voluntate sua homines ad ymaginem suam reformans ut homines sint et divine gratie sue operantis et cooperantis bonam voluntatem efficiens ut tranquilla sit et hinc pati congrua. Similibus autem male voluntatis non est pax. Ysa. lix. Non est pax impiis dicit dominus. Cor enim impii quasi mare fervens quod quiescere non potest sed redundat in conculcacionem fluctuum. Hii sunt quibus non sufficit quod angeli deo in hoc ymnpno concinunt ut ipsi pacem habeant et gloriam deo attribuant. Sed gloriam deo volentes auferre pacem scindunt et ideo gloriam perdunt. Osee. iiii. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. i. Mach. iii. Gloria eorum stercus et vermis est hodie extollitur et cras non invenietur quia conversus est in terram suam. Sic igitur dicitur Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis. Et laudamus te etc. Hec sunt que a sancto papa Telesphoro sunt addita in consideracione continencium

cum angelis celestium creaturarum et intellectus eorum consistit in duobus scilicet contentu laudis et in laudis contentu. Autem iste in istis consistit. Bona enim nostra considerantur tripliciter scilicet prout sunt a deo et prout sunt a nobis et prout a nobis referuntur ad ipsum. Prout autem sunt a deo dupliciter considerantur scilicet in forma sive specie datorum et in modo quo dat ea deus. Prout igitur considerantur in specie datorum dicitur Laudamus et benedicimus te. Considerando autem modum quo dat ea deus dicitur adoramus te. Referendo autem bona dei in ipsum Gracias agimus. In prima consideracione duplicia dei dona in nos et ab ipso fluencia consideramus scilicet dona virtutum et graciarum et dona que sunt bona nature vel ad nature conservacionem ordinata. Pro virtutibus ergo gratiis dicimus laudamus te pro bonis autem naturalibus dicimus benedicimus te. Quod autem pro virtutibus et graciis laudamus probatur per philosophum in primo ethycorum dicentem quod virtus est laudabilium bonorum. Et idem dicit in libro de laudabilibus bonis laus enim ut dicit Tulius est premium virtutis proprium et ideo considerando collacionem virtutum suarum et graciarum dicimus laudamus. Hinc est quod dicitur Prov. xxxi. Date ei de fructu manuum suarum

et laudent eu in portis opa e9
Fruct9 em manuu dni opa st
vtutes quia dextra dni fecit vir-
tutem et opa in pdicant eum
in portis ciuitatu omni scorum
Ps Dns vtutu ipe est rex glo-
rie Et in ps Magnus dns et
laudabilis nimis Magnus
enim dns vtute laudabilis in
vtutu collacone in ciuitate scorum
quia laudat in memoriam scorum
nobilitate que tota est in splen
dore honestatis vtutis et gre
in monte sco eius in eminenti
honore qui debet opacionem vir
tutu omnes enim sui diuites sunt
in virtute sic dicit Eccl xliiij
homines diuites in vtute pul
critudinis studium habentes Sic et
laudamus te pro vtutes inte
riores et nobis exhibitas Vir
tus enim vt dicit Aug est bona
qualitas mentis qua recte viui
tur qua nemo male vtitur
qua deus opatur in nobis sine
nobis ¶ Benedicimus aut te in
bonis nre collatis nobis que sunt
intellectus et racio essencie vita sba
et huius et in hiis que ista in
nobis conseruat sic est sani-
tas et bona fortuna et honor et
fama et huius et de hiis duobus
bonis dicit Ja i Omne datum op-
timum et omne donum pfectum desur-
sum est a patre luminum Data
enim optima sunt ordinata ad

naturam dona aut pfecta sunt dona
vtutum et gratie Sed quid est quod dicit
Benedicimus te etc hebr vij dicit
absque vlla contradictione quod minus
est a meliore benedicitur videtur
ergo quod nos quod nobis deus bndi-
ccionem habeat et non ipum Idem con-
tinetur Num vi Invocabitis no
men suum sup filios isrl ego autem
benedicam eis Ad hoc dicendum est quod
duplex est benedictio vna quidem
est sacramentalis id quod benedicitur Alia
aut est laus et preconium dati
accepti Et de priori dicitur quod minus
est a meliori benedicitur Et ea be-
nedictione nobis deus benedicit
reges et sacerdotes Et hoc modo
benedicitur et ideo in inunctione
manuum sacerdotum dicit Epus con
secrare et sanctificare digneris
dne manus istas per istam
vnctionem et nram benediccionem
vt quodcumque benedixerint benedicatur
et quodcumque consecrauerint consecretur et
sanctificetur in nomine dni Alia est
benediccione qua dei bona lau
damus et pdicamus nos deo be
dicimus et non deus nobis Thob
xij Benedicite deum celi et coram
omnibus viuentibus confitemini illi
Ps Benedicite dno omnia opera
eius in omni loco dominacionis eius
benedicat anima mea domino ¶
Adoramus te tangit hic modi
tum collacionis quo deus confert
et laudabilia et benedicibilia Duo autem
sunt modi prout sed quia talia con-
ferendi sed facultatem et modum

magnificentiam quam in gloria con-
fitendo magnificam ostendit liberalitatem
Primum est maiestas quam adoramus
et magnificentiam liberalitatis glorificamus
In epistola [illegible] dicitur Dicite quia
te oportet adorare domine maies-
tas autem adoratur prostracione
totius corporis ut dicit Damascenus
ad significandum quod nichil sumus
nisi pulvis et cinis nisi per ip-
sam eternitatis maiestatis in qua
creati essemus Psalmus Adoravimus
in loco ubi steterunt pedes eius
Exodi iiii Audierunt hebrei
quod visitasset dominus filios israel et
non despexisset orationem eorum
et adoraverunt pronum super terram
Sic ergo adoramus te sic
veri tue maiestatis profes-
sores Iohannis iiii Veri adora-
tores adorabunt patrem in spiritu
et veritate nam et pater tales que-
rit qui adorent eum Spiritus
est deus et eos qui adorant
eum in spiritu et veritate oportet ado-
rare Propter autem magnificam
liberalitatem glorificamus te con-
fitentes sicut dicitur Iacobi i Dat omnibus
habundanter et non improperat
Hester iii Largitus est munera
iuxta magnificentiam principalem
Et hec est gloria et glorificatio dicitur
Ecclesiastici xliii In omnibus glorifican-
tes dominum ad valebimus Spe
eius opus est super omnia opera
sua Exodi xv Ille deus meus
Et glorificabo eum deus patris mei
et exaltabo eum Gratias agimus
tibi hec est mentis relacionem bono-
rum in ipsum Hec enim que ab ipso
fluunt primare Ecclesiastes i Ad locum
unde exeunt flumina revertuntur ut
iterum fluant Ingratitudo enim
ut dicit Bernardus est ventus urens
et exsiccans fontem pietatis
et rorem gratie et misericordie dicit enim beatus
Dionysius in celesti ierarchia
capitulo i Omne lumen gratie pro-
cedens a patre luminum venit
in nos et sui habundantia nos im-
plet et sui simplicitate nos con-
gregat et quia omnia ad suum
festinat reddere principium et
ideo convertit nos ad patris lu-
minum summi qui omnia in se
bona congregat que ab ipso
procedunt hoc autem dicit hiis verbis
Omnis a patre mota manifesta-
tionis luminis processio in nos
optime ac large proveniens
nos replet et ut unifica virtus
nos congregat et convertit ad dei-
ficam super simplicitatem et con-
gregantis patris unitatem et hoc
fit per gratiarum actionem in qua nos
gratis cum donis redimus ad patrem
omnium fontem gratie i Thess. v
In omnibus gratias agite ii Cor.
ix Gratias deo super inenarra-
bili dono eius sic ergo exple-
ta est laus que continenciam in
memoria eius quod dicitur Luc. ii
Facta est cum angelo multitudo
celestis exercitus laudancium et
dicencium Gloria in excelsis deo etc.

Causa aut huius tante laudis
exponit². Cum d² pro ma[g]
na gl[ori]a tua · r[espon]d[e]t. Hec autem
causa dupl[icite]r exponit² s[c]il[ice]t
in com[mun]i et in speciali p[er] singula[rum]
attributa p[er]sona[rum]. In g[e]n[er]ali q[ui]de[m]
cum d[icitu]r p[ro]p[ter] magna[m] gl[ori]am
tuam. In q[u]o s[er]mone tria d[icunt]ur
s[cilicet] causa laudis cause mag[ni]
tudo et q[uod] gl[ori]a est deo p[ro]p[ri]a
causa est gl[ori]a que q[ua]tuor mo
dis diffinit². Duas enim diffini
tiones dat Tulius in fine Re
thorice quarum una est q[uod] gl[ori]a
est ore multo[rum] p[re]dicata lau
dacio. S[ecund]a e[st] Gl[ori]a est late pa
tens p[re]coniu[m]. Terciam dat Am[brosius]
et ponit[ur] et ponit² in gloriosa
in fine ad Ro[manos] · vl[timo] · sup[er] i[ll]ud cui
est honor et gl[ori]a r[espon]d[e]t ubi dicit
sic Gl[ori]a e[st] clara cu[m] laude no
ticia. Quartus aut[em] d[icitu]r in Thopicis
q[uod] p[er] gl[ori]am fit q[uod] nullo [con]sa
ente cu[m] fortinaret [sic] in esse et
s[ecundu]m illu[d] Gl[ori]a est q[uod] su[m] no
bilitate et honestate [con]sciis homi[ni]
se manifestat. H[ec] igit² modo
gl[ori]a deo [con]venit quia ipse
solus ore multo[rum] p[re]dicabilis
est qui v[ir]tute vl[tr]e se o[mn]ib[us]
laudabile p[ro]b[at]. Vn[de] laudate
d[omi]n[u]m om[ne]s gentes. Ipse enim
est q[uod] p[ro] omnib[us] gl[ori]am in
qua gl[or]ient² exhibuit. Luc[e] s[ecund]o
Lume[n] ad revelacio[n]em gencium
et gl[ori]am plebis tue israhel.

Ipse ore multo[rum] p[re]dicat[ur]. Ysa[ie]
xii[º]. Clamate domino q[uonia]m mag[ni]
fice fecit annunciate h[oc] i[n] uni
u[er]sa t[er]ra. Ipse qui clara voce
laude om[n]i noticie exponit²
quia nichil nisi laudabile i[n] eo
invenit². Dan[iel] iii. laudabilis
et gl[ori]osus et sup[er] exaltatus r[espon]d[e]t
Hic nobilitate et honestate sua
om[n]i se [con]sciis maifestat [sic]. Ps[almus]
laudate d[omi]n[u]m in s[an]c[t]is ei[us] lauda
te eu[m] in s[an]c[t]is ei[us] laudate eu[m]
in firma[men]to v[ir]tutis ei[us]. Octo ubi
est nen[tum] [?] q[uod] hic [di]c[itu]r laudate
eum in s[an]c[t]is. H[oc] est que s[an]c[t]a
sint eius que omnia nobilia s[un]t
et honesta. H[ec] est ig[itu]r gl[ori]a. Hec
igit² magna et maxima q[uia]
sibi nich[il] p[otes]t [com]parari. Ps[almus] Q[ui]s
d[omi]n[u]s deus n[oste]r qui in altis habitat.
Vn[de] d[icitu]r Luc[e] i. Gl[ori]a in altissimis
deo. Eccl[esiastici] xliii. Glorificantes
d[omi]n[u]m exaltate eu[m] q[ua]ntu[m] po
testis et sup[er]valebit adhuc.
H[ec] aut[em] gl[ori]a magna tua e[st]
ipse quia alii no[n] debet² gl[ori]a
nisi soli d[e]o. Ys[aie] xlii[º]. Gl[ori]am me
am alteri no[n] dabo et laudem
mea[m] sculptilibus. I Th[imothei] vl[timo]. So
li deo ho[no]r et gl[ori]a. Hec est ig[itu]r
causa laudandi et b[e]n[e]dicendi
adorandi et gl[ori]ficandi et gr[aci]as
agendi. ¶ Domine deus pater.
Hic tangit in speciali attribu
ta p[er]sona[rum] et p[ri]mo tangit ea
que sunt patris s[ecund]o ea que sunt
filii et t[er]cio ea que s[un]t sp[iritu]s s[an]c[t]i

Et quarto subiungit id quod est
trinitatis essencie in tribus personis
Et aut que sit patris tangit
t(r)i(pliciter) scilicet secundum quod consideratur in ipso
et secundum ea que operatur in angelis
Et secundum ea que operatur in nobis
Et aut que sit in ipso tangit
dupliciter scilicet secundum auctem et secundum
gubernacionem Auctor enim est
quod dicitur dominus non est quod solus
pater sit dominus cum scriptum sit in
symbolo Atthanasij dominus
pater dominus filius dominus spiritus sanctus
et hij tres simul non tres dicuntur
sed unus est dominus Et quod
est per approbacionem auctoris quia
pater non est de alio pater attribu-
tus de quo dicitur Hest. xiij°
Domine universorum tu es Hinc
est quod eciam dominus filius vocat
eum dominum Mat. xi. d. Confite-
bor tibi pater domine celi et terre Act.
xvij Hic celi et terre cum sit do-
minus non in manufactis templis
habitat nec manibus humanis
colitur indigens aliquo quo non
indiget qui omnium pulcrorum
et bonorum primus est fons et
origo Deus aut nomen est gu-
bernacionis que eciam patri attri-
buitur quia eciam patres ab an-
tiquo dicebantur qui alios ut
reges gubernabant et eciam
patris est gubernare familiam
in domo Deus enim grece the-
os dicitur quod nomen si dirivatur
a verbo greco theoro theoras

quod est video vides scilicet est quod cunc-
ta videns oculo providencie
Eccl. xxiij Oculi domini lucidiores
sunt super solem intuentes ab-
sconditas partes Heb. iiij. Non est
aliqua creatura invisibilis in
conspectu eius Si aut theos diri-
vatur a greco theoste quod sonat
currere tunc significat deum qui omnia
currit cura sue providencie
Eccli. xxiiij° Gyrum celi circuivi
sola dicit patris sapiencia cuius est to-
ta providencia Si aut dirivatur
a greco thetim quod calore significat
sic dicitur in psalmo Non est qui se
abscondat a calore eius Luci
visionis luce cure velocita-
te et amoris calore omnibus
providet et omnia gubernat
Et ideo dicitur psalmo Jacta cogitatu(m)
tuum in domino et ipse te enu-
triet. j. Pet. iij. Omnem solli-
citudinem vestram proicientes in
eum quia ipsi cura est de
nobis Rex celestis Ecce quid
facit in angelis quia pro metho-
nomia Rex dicitur celestis quia
rex est angelorum invisibiliter ex
ministris et assistentibus regni
sui instaurant Rex aut est
quod finis intencionum et bona o-
peracionum et leges in preceptis iusti-
ciarum et ordines ministeriorum angelis
primo et per angelos hominibus distri-
buit dicit enim dyonisius quod regis
est omnium finis boni legis et
ordinis distribucio Ysa. xxxij°
Ecce in iusticia regnabit rex

et principes hoc est angeli in iudi-
cio perierunt. Ysa. xxxiii. Dominus le-
gifer noster, dominus rex noster, ipse ve-
niet et salvabit nos. Jere. x. Non
est similis tui domine, magn-
us tu et magnum nomen tuum
in fortitudine. Quis non ti-
mebit o rex gentium? tuum est enim
decus. Inter cunctos sapientes
gentium et universis regnis eorum
nullus est similis tibi. Fides
pro omnibus hoc dicitur secundum attributa
patris in nobis et dicitur deus noster
providens pater. Providencia hic quod
gaudens firmabo super te ocu-
los meos. Pater autem dicitur nos in
gratia ad operationes nos formans.
Ysa. lxiiii. Nunc domine pater noster
es tu. Nos vero lutum et fictor
noster, et opera manuum tuarum omnes
nos. Pater. Qui finxit sigillatim
corda eorum et intelligit omnia
opera eorum. Dicitur autem omnipotens
quia cum tria sint in nobis
resurgūt neq̄ xp̄us res̄
rexit Nunc aut̄ resurrexit

xpus primitie dormientium Quo-
niam quidem sicut per hominem mors
ita et per hominem resurrectio mortuo-
rum. Et in Apokalipsi .j. dicitur primo
genitus mortuorum et princeps re-
gum terre. Super opus autem spiritus
sancti fundatur quia spiritus ygne [?] et in
corruptionis in spiritualibus corpora
resurgentium tamquam donacio
approbatur spiritui sancto. Spiritus mor-
tuum quamquam in complexione quam in
compositione membrorum resur-
gent in corrupti et non inmu-
tabimur. De isto spiritu mortu-
os vivificante dicitur Ezechielis
xxxvij. A quatuor ventis veni
spiritus et insuffla super interfectos et
reviviscant. Ultimum prefecit
xij Mathias qui adierat ad unum
apostolorum complens bolo [?] suo sym-
bolum et dicens Et vitam eternam.
Et hic articulus fundatur super tri-
bus personarum opere in gloria vel
primum ministrat posse et nosse
Eterna enim vita est que inmu-
tabilis habebit durationis terminum
que est actus fluens divinos
a deo in beatos ut totum quod in
ipsis est feliciter innat omnibus
infirmitatibus que sunt mortis
pluvia [?] fugatis .j. Chorinthiorum
xv. Absorpta est mors in
victoria. Bibitur autem hec vita
in fonte vite deo trinitate sicut
dicit psalmus Domine aput te est
fons vite et in lumine tuo vi-
debimus lumen. Hoc igitur
in grosso expositum est sym-
bolum apostolorum quod fuit primum.
Multiplicatis autem heresibus
convenerunt CCCxviij patres in
Niceno Synodo et symbolum
non aliud quam ab ipso quod dictum
est. Et eosdem articulos magis
ad errorum exclusionem expla-
naverunt. Et primum quidem arti-
culum expresserunt dicentes Cre-
do in unum deum patrem omnipotentem
factorem celi et terre visibilium om-
nium et invisibilium et ille totus
ita est expressus contra errorem
paganorum et hereticorum quorum ma-
nichei aquidam mane he-
resiarcha eorum dicuntur. Pagani
enim multos deos essencialem
divinitatem habentes et ab in-
vicem differentes esse dixerunt.
Manes autem docuit duos esse
deos et duo principia scilicet deum
lucis et deum tenebrarum unum
deum bonorum principium et alium
principium malorum. Et ideo fuerunt
qui errantes putaverunt ma-
lum esse eternum et ideo habere effi-
cientem causam que cum non
possit esse bonus deus dixerunt
malum deum esse principium ma-
lorum. Contra quod dixerunt patres
Credo in unum deum quia Exodi
xx dicitur Dominus deus tuus deus
unus est. Non erunt tibi dii
alieni [?] me. Psalmus Non erit in te
deus recens neque adorabis
deum alienum. Ergo enim dominus Cu-
ius [?] autem deus unus deus non est h

vnitas que in aliquo cadit
tum vel spe create vnitatis
Omnis enim vnitas creata
multiplicatur in pluribus sius
suis suppositis in quibus
est. Petrus enim enim et marti-
nus non sunt vnum animal nec
vnus homo secundum esse ani-
malis vel hominis Hec autem
vnitas nature vel essencie
diuine cauta est quod in suis
suppositis que sunt tres per-
sone non multiplicatur quia
pater et filius et spiritus sanctus non
sunt tres dii secundum esse deitatis
sed vnus deus et sic sunt vna
substancia et vna essencia et vna
sapiencia et sic de omnibus aliis
que absolute et relatiue
dicuntur de personis Et si alii sunt
dii non essencialiter sed participa-
tiue sicut sancti vel nuncupatiue
sunt sicut ydola dii dicuntur Et
quamuis tales dii plures sint in sup-
positis tamen multiplicatur
vox deitatis in ipsis et de par-
ticipatiue quidem dicitur dicitur in
ps. Ego dixi dii estis et
filii excelsi omnes de aliis
autem in ps. Omnes dii gen-
cium demonia dominus autem
celos fecit De omnibus autem
simul dicitur .i. Cor. viii. Sci-
mus quod ydolum nichil est in
mundo et quod nullus deus nisi vnus
Nam et si sunt qui dicantur

dii siue siue in celo siue
in terra nobis tamen vnus
deus pater ex quo omnia et nos
in illo et vnus dominus ihesus christus
per quem omnia et nos per illum
Contra autem secta manichei
diuisa est in tres partes quia
enim vna pars dicit duos deos
sicut apparet in epistola fundamenti
quam fecit manes et destruxit
Augustinus in libro quem fecit contra
epistolam fundamenti Alia autem
secta ex ista diuidens dixit v-
num quidem esse deum Sed duos
factores qui materiam formam ab
vno deo in diuersa forma-
uerunt et illi dixerunt quod vnus
factor fecit incorruptibilia sicut
celum et celestia corpora Alter
alius fecit vt dicunt corruptibilia
pugnancia et se inuicem de-
struencia Alii et ex mani-
cheis dixerunt quod christus factor fecit
inuisibilia sicut animas et
angelos Alius autem visibi-
lia sicut hec inferiora Sed pa-
tres vtrorumque horum errorem
excludentes dixerunt patrem
omnipotentem factorem celi et ter-
re visibilium omnium et inui-
sibilium fundantes de plana
cum sua contra obiectum apostoli Col.
i. Quoniam in ipso condita sunt
vniuersa in celo et in terra visibili-
um visibilia hoc igitur est quod
addiderunt explanando articu-
lum ¶ De filio autem dixerunt

2 Et in vnu dnm ihm xpm
filiu dei vnigenitu et ex pre
natu an omnia scla deu de
deo lume de lumie dm vm
de deo vo genitu no fcm
consubstanciale pri p que oia
fca sut Et hec totum expla
natu e contra errore arij qz
enim arrius dixit vnu esse
dnm dm xpm no esse dm
omnib suppositu s potius
esse suppositu et depssium sic
creaturam que non est ppo
sita omnibus Ideo dixert et i
vnu dnm meum ihm xpm q
in eod domimo et supposito
est cum pre attendes q
dt aplus j. Chor. viij. vnus
est nob dns ihus xc p quez
omia et nos in illo quia ita arri
dixit q et si dicat xpus fi
tam no est solus filius quia
est pre ad optimus filius sicut
multi sut et hec eciam postea dixit
Sabellius Et ido vlterius ex
pssert pres dicetes filiu dei
vnigenitu quia vo dixit ar
rius filiu quidez est fcm
an h tpalia scla s no an
omnia scla quia sclm vnu
est spaciu vnius tin qz dura
cionis quo durat creatura
vna et dix q filius no est fcm
an sclm sue duracionis Ideo
ad excludendu hec dixert ex
pre natu an omnia secula

Dixit enim arrius q cu deus
vellz creare mundu creauit
vtute quadam et sapiam qd
vbum vocat et filius p que
mudus istu ffiles crearet.
Deceptus aut fuit arrius
et putabat penitus esse sile de
do faciente mudu et de artifice
faciente artificiatu q artifex
enim pmo format in corde suo
ronem et sapiam que est ro
artificiati et vtutez p qua illa
mo procedat in artificiatu
Et h sapia et vtus sut diuse es
sencie abipa sba artificis et
aliquis formant in artifice et
an non essent formate et
ita in do fieri putabat vt dt
Aug carnalibus cogitacionibus
plenus in deo putans fieri
q vidit in homie fieri Et io
addidert pres deu de deo et
non virtute vel racom crea
tam lum de lume quia si ita
formaretur lume quo pr fecit
mudus in deo sic in artifice
tunc sicut an informacom
lumis q est raco artificiati
no est lum in artifice Sed
car enis e tenebrosum et lu
men hz a sapia que e artifi
ciati raco Sic omis homo
illumiat a sciencia sua Ita se
quitur q pr lum habet a fi
lio facto et formato qd impie
tate plenu est quia pr n
hz a filio s omia filius habz
a pre Et ido dixert lum de

lumine Quia vero arrius dixit sic formatam sapientiam a deo et virtutem non esse verum deum sed ad optime deum dici ideo addidevit deum verum de deo vero Quin deum volentes qui essencialem habet deitatem Arrius autem in hoc suo errore iudaizabat sicut hebion hereticus qui ante eum fuit quia iudei sic sapientiam que est racio creacionis mundi sic cum mundo factum esse dicebant et quod deus nisi istam prius fecisset sapientiam mundum creare nesciret quem non haberet ad quod inspiceret in creando Sicut artifex qui nescit operis sui racionem Quia autem arrius dixit istam virtutem et sapientiam factam et formatam et non de substantia genitam eo quod factum est opus voluntatis et generacio est opus nature in fusione substancie attenentiate in eum qua nascitur Ideo dixerit genitum non factum consubstancialem patri ex quo per generacionem naturam substanciam suam accepit Quia autem iterum dixit arrius quod quidem hic mundus sensibilis per verbum suum sapientiam factus est sed non omnia quia ipsum verbum quod factum est non est factum per se ipsum Ideo addiderit per quem omnia facta sunt totum errorem arrii excludentes Joh. i. Omnia per ipsum

3

facta sunt et sine ipso factum est nichil quod factum est De tercio autem articulo dixerunt qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de celis et incarnatus est de spiritu sancto ex maria virgine et homo factus est Ista tota expressio articuli incarnacionis facta est contra manicheum Ille dixit quod non propter homines nec propter salutem hominum descendit sed potius descendit ab ipso expulsus et quod lucifer adhuc reascensus sit in celum ad sedem suam in ascensione christi expulsus est confingit enim quod plura magna facta est in celo sicut dicitur Apok. xii. Et quod in primo prelio expulsus sit christus et in secundo expulsus sit lucifer et hoc plura dicitur fuisse inter duos deos deum scilicet lucis et deum tenebrarum sive deum boni et mali Hec ergo excludentes patres dixerunt quod nulla necessitate et nulla violencia detrusus sed misericordia hominum et amore salutis eorum descendit de celis non celos relinquendo secundum deitatem sed in nobis que assumpsit visibilis in hoc mundo apparendo Eph. iiii. Christus qui descendit ipse est et qui ascendit super omnes celos ut impleret omnia Joh. iii. Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo Joh. iii. Sic deus dilexit

mundi ut filium suum unigeni-
tum daret quia autem idem ma-
nes dixit non esse veram car-
nem christi sed fantasma fuisse
eo quod sic asseruit malus deus vir-
tute carnem viciosam fecit et hanc
carnem non posse esse de bo-
no deo. Ideo addiderunt Et incar-
natus est de spiritu sancto qui non
nisi bonus deus esse potest Et
per hoc quod dicitur de spiritu sancto notatur
potentiam et operacionem et non notat
materiam quia si de materia substancie spiritus
sancti fuisset christus tunc sequere-
tur quod spiritus sanctus esset pater
filii secundum humanam generacionem
et hoc est impium quia christus
non habet patrem nisi secundum eternam
generacionem. Dicit enim Augustinus quod
in terris est sine patre et in celis
sine matre. Ex Maria virgine
vero additur ut vera caro com-
munis matre esse credatur
et non fantastica sic dixit
Matheus. Virgine autem additur
contra Hebronitas qui Mariam
virginem in partu non esse
dixerunt et post partum quia dixe-
runt quod tamen christum hominem
in matris visceribus protulit et
non deum et quia homo pu-
rus de utero virginali non
exit nisi ruptis claustris
pudoris. Ideo dixerunt Mariam
in partu christi esse devirginatam.
Hii eciam dixerunt quod Maria
esset christotocos hoc est christi
hominis mater et non esset theo-
tocos hoc est ubi dei mater. Ideo
eadem synodus statuit quod
beata virgo theotocos et non
christotocos deinceps diceretur.
Et quia Manes dixit quod christus
esset humanatus sicut habitu aliquis
dicitur tunicatus vel cappatus
vel palliatus et non esset homo
verus eo quod non substancialiter et
essencialiter univisset hominis naturam
sed extrinsece tamen et intrinsece
habitualiter assumpsisset hominis naturam.
Ideo ad excludendum hunc erro-
rem addidit sancta synodus et ho-
mo factus est. Scriptum enim erat Joh. 1.
Verbum caro factum est et habitavit
Et Gal. iiii. Misit deus filium
suum natum ex muliere factum sub
lege ut eos qui sub lege erant
redimeret ut adopcionem filiorum
reciperemus. Deinde sumen-
tes quartum articulum dixerunt
Crucifixus est pro nobis sub
Poncio Pylato passus et se-
pultus est. Et hunc nichil addi-
derunt ad explanacionem et ex-
pressionem nisi quod dicitur cruci-
fixus eciam pro nobis quod est
contra Manicheos est additum
qui dixerunt non pro nobis
crucifixum esse sed totum fan-
tastice fuisse actum quod dicitur de christi
passione. Additum eciam est contra
Sabellianos hereticos qui dixe-
runt nos in nullo indigere
christo quia eciam nos filii dei esse

possumus qui volunt ecce qui dicunt Christum secundum carnem purum hominem fuisse. Et ideo synodus posuit pro nobis ut sciamus nos nichil posse nisi per Christum sufficienter. Joh. xvii. Ego pro eis sanctifico me ipsum hoc est in sacrificium me offero. Sine quo redimi non poteramus. Ergo hunc modum redemptionis per mortem Christi summa sapientia ordinavit et elegit. Alia hic dicta in symbolo apostolorum sunt dicta. Post hunc sequitur consequentur et illum tribus verbis declaravit dicentes et resurrexit tertia die secundum scripturas et de descensu quidem ad inferos dimisit quia cum non erat nullus fuit. Sed erat contentio de resurrectione quibusdam dicentibus quod non tertia die Christus resurrexit quia non tribus diebus in sepulcro iacuit.

Pasceue enim in vespere noctis sepultus non iacuit nisi per sabbatum et ante lucem dominice diei surrexit. Et ideo ut hanc determinaret contentionem dixerunt quod surrexit tertia die secundum scripturas hoc est sicut illos tres dies scriptura docet computare. Hic enim ut dicit Augustinus per synodochen partem computat pro toto. Ita quod parasceue quando sepultus est et mortuus cum precedenti parte diei et tota precedente nocte computetur pro una die naturali et nox que est inter parasceuen et sabbatum cum ipso sabbato pro uno die computetur et vespera sabbati cum nocte sequenti pro una die dominica computentur quia sicut vespera precedens cum die sequenti ad unam diem pertinebat. Gen. i. factum est vespere et mane dies unus. Quare autem artificialibus noctibus duabus et uno die artificiali Christus in sepulcro iacuit hanc causam assignat Augustinus quia scilicet in Christo non fuit tenebre dies clara sua claram mortem significavit. In nobis autem qui tenebrosi sumus duo mortes patet scilicet et pene significant per duas noctes quas Christus sua lucida morte ad lucem gratie redemptionis peregit. Nox illuminatio mea in deliciis meis. Mich. vii. Cum sedero in tenebris dominus lux mea est. Math. xii. dixit hoc esse signum principium qui a duplici nocte per mortem Christi quierunt liberari. Augustinus non dabitur signum nisi signum Jone prophete sicut fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus et tribus

noctibus Ita erit filius hominis in
corde terre tribus diebus et tribus noc
tibus ¶ Deinde super sextum septimum
sic dicentes sicut apostolus dixe
rat Et ascendit in celum sedet
ad dexteram patris Et hic ar
ticulus non habebat necessariam
explanationem quia nullam
heresim contra hunc articulum illi
audierant ¶ Septimum autem
tractantes dixerunt Et iterum ven
turus est cum gloria iudicare vi
vos et mortuos cuius regni
non erit finis Hunc autem ar
ticulo ex parte antiori ad ex
clusionem deliramenti origenis
addiderunt Et iterum venturus est
iudicare cum gloria Quia origenes
dixerat quod adhuc
venturus esset passibilis in aereo
corpore passurus pro demonibus
in aere sicut passus fuerat pro
hominibus in terra. fundatur autem
erat auctoritate xpisti Io. xix dice
tis Amodo videbitis filium
hominis venientem in nube
cum potestate magna et maiesta
te Ex parte autem posteriori addi
derunt cuius regni non erit
finis contra iudaizantes here
ticos dicentes quod xpistus ve
turus sit et regnaturus mil
le annis in aurea civitate et
tunc regnum eius finiretur et ali
ud inciperet fundaverunt autem
dicta super illud luce i° potestas

eius potestas eterna que non auffe
retur et regnum eius quod non cor
rumpetur Luce j. Dabit illi deus
sedem david patris eius et regna
bit in domo iacob in eternum et
regni eius non erit finis ¶ 8
Deinde tractantes articulum
octavum dixerunt et in spiritum sanctum
dominum et vivificantem qui ex
patre et filio simul adoratur et
conglorificatur qui locutus est per
prophetas Multe enim hereses in
surrexerunt de processione spiritus
sancti quas in expressione pro
cessionis eius necesse fuit ex
cludere quod enim addunt in spiritum
sanctum dominum contra nestorium et
eutitem constantinopolitanos
patriarchas addiderunt qui spiritum
sanctum dixerunt finem patris et filii
Et causa erroris fuit quod spiritum
in deo sicut in homine recepe
runt In homine enim spiritus est lu
cidus aer qui ex humido
radicali resolvitur et defertur ad
operationes animales et
vitales et naturales et movetur
in omnem partem corporis sicut
radii solis et stellarum in mun
do vehentes virtutes ce
lestes a stellis ad inferiora
ut ex illis generentur et auge
antur et convalescant Et ita
spiritus hominis in membra
vehit virtutes anime et cordis

Et adhuc similiter dixerit spm
creatu a deo procede 2 sic ve
here virtutes potentie pris 2
sapie filij omnibus creaturis et
ideo sunt pri 2 filio 2 esse
sum eorum 2 non quidem p se
vivificare sed vehiculu esse
vite pris 2 filij Unde
Joh. v. Sicut pr habet vitam
in semetipso sic dedit 2 filio
vitam habere in semetipso
2 non dr hoc de spu sco Hunc
ergo errore extimantes di
cunt 2 vivificantem 2 ut
melius notaret ipsi pres
dixerunt vivificatore Sed
enim transferret symbolu
in p sco translatum fuit et
translator dixit vivificante
pro vivificatorem Syno
dus enim intendit qd ex
natura vivifica est vivifi
cator sicut 2 pr 2 filius. Fu
dauint aut se in hoc qd dr
Joh. vi. Spus est qui vivifi
cat Et Ezech. i. dr spus vi
te erat in rothis Cum aut
dr 2 addit qui ex pre filioque
pcedit Synodus non dixit
nisi qui ex pre pcedit 2
latini suscipientes de greco
in latinu translatu symbo
lum auctoritate leonis pape
addiderunt filioque. Et qd sy
nodus non dixit filioque
no dimisit ideo qd a filio n
procedat spus scus sed ideo
nullus error ad huc contra hoc
surrexerat 2 quia in euangelio
Joh xvi° non ponitur plus
nisi de pre ubi dixit xpc
spm veritatis qui a pre pro
cedit 2 noluerit adde aliud
euangelio tu ad hunc no esset
necesse. Latini aut attenden
tes qd dicit Apostolus spm esse
filij dicens Si quis spm x
non habet hic non est eius Et Ro
viij. Misit deus spm filij sui
in corda nra clamante ab
ba pr Et qd xc dicit Joh.
xvj. Quem ego mittam
vob a pre que expresse sig
nificant spm scm a filio p
cede addiderunt auctoritate leo
nis pape qui ex pre filioque
procedit Et hac de causa
etiam athanasius grecorum
doctor illustrissimus allexa
drie epus i symbolo quod
interim edidit ad explana
tionem synodi qd in Niceno
volt re continetur spus sco
dixit a pre 2 filio non factus
nec genitus sed procedens
Dicit tamen greci latinos
esse excommunicatos quia sca
synodus dixit non permit
timus aliam cuique ptatem
neque nosmetipsis ptatem
aliquid addendi vel minu-

credi et spu addidit vel mi
nuerit excōmunicatus sit Sed
latini ad hec dicunt quod qui ex
planat non aliquid extri
secus addit sed quod intus la
tuit ondit aliter ex ipsa sy
nodus excōmunicata fuisset
que multa ad explanacionem
symbolo addiderunt aplorum
unitate pro errore grecorum ad
ditum est filioque Qui autem
sequitur qui cum patre et filio si
mul adoratur et conglorificatur
hoc contra nestorium additum est
vt ondatur spiritus sanctus deus
esse adorandus et sic dominus
omnibus supponitur esse cum patre
et filio conglorificandus Ille ei
non esset vbique deus non
esset vbique Dicit autem propheta
Quo ibo a spiritu tuo significans
spiritum sanctum esse vbique
Et si non esset in throno ma
iestatis non esset conglorificandus
Nunc autem Joh in Apoka.
xxi dixit qui sedebat in
throno Ecce noua facio
omnia secundum exposiciones pa
trum sanctorum hoc intelligens
de spiritu sancto Qui autem additur
Qui locutus est per prophetas
additum est contra heresim por
phirij philosophi heretici qui dixit
prophetas non spiritu sancto sed spiritu
phanatico esse locutos quod vidit
quedam in eis que continue
re nesciuit et non intellexit
vidit etiam quedam que fla
putauit et ideo non a spiritu sancto
inspiratos esse dixit Contra
quod dicit sancta synodus qui locu
tus est per prophetas Secunda ad
finem Synodus autem auctoritate petri
canonica .i. Non voluntate hu
mana allata est aliquando prophe
cia sed spiritu sancto inspirati locu
ti sunt sancti dei homines Dein ix
in tractantes articulum nonum
dixerunt sic et in vna sanctam
katholicam et apostolicam etiam
nichil huic addentes articulo
nisi quod dixerunt in vna hoc
ad explanacionem addentes contra
scismaticos tenentes dominum incon
sutilem scindere intentes fulti
sunt auctoritate canonica. primo
Vna est columba mea et de hoc
in libro corporis christi satis dictum
est. Deinde tractantes de x
cimum articulum dixerunt Con
fiteor vnum baptisma in remis
sionem peccatorum Apostolus autem
dixerat remissionem peccatorum et ad
didit ad expressionem sancta Syno
dus Confiteor vnum baptis
ma quia non remittuntur pec
cata nisi per cristi sacramenta que
sunt ianua et fundamentum in
omnibus alijs remissionem operatur

Joh. iii. Nisi quis renatus fuerit
ex aqua et spiritu sancto non potest
intrare in regnum dei. Dicunt
autem unum baptisma ut in-
nuant unum esse baptisma christi
et non secundum numerum baptisancium
baptisma quidam enim dixe-
runt quod ab uno melior est
quam ab alio. Contra quod dicit
sancta synodus Confiteor unum
et eiusdem valoris baptisma quod
christi est baptisma in forma
ecclesie celebratum. Hoc enim est
unum baptisma et equale sive
detur a bono sive a malo quia
baptizatus est sic minister. Dominus
autem christus qui equaliter datur per
bonum et malum baptistam. vii.
Augustinus. Quid facit tibi minister
malus vel bonus cum dominus quasi dicat
nichil. Christus enim est qui bap-
tizat interius etiam quicumque bap-
tizet exterius. Joh. i. Ille qui
me misit baptizare in aqua
ille dixit mihi Super quem videris
spiritum descendentem et manentem
super eum hic est qui baptisat.
Et sic baptismus est unus
unitate forme et unitate
interius baptizantis. Quod autem
dicitur in remissionem peccatorum. Act.
i. Johannes quidem baptizavit
aqua vos autem baptizabimini
spiritu sancto non post multos hos
dies. Act. xix. Johannes baptiza-
vit aqua in eum qui venturus
erat post se ut crederent hoc
est in ihesum christum et tunc bapti-
ti in nomine ihesu et acceperunt
spiritum sanctum. Deinde tracta- xi.
tes xi. articulum dixerunt Et
expecto resurrectionem mortuorum mihi non
addiderunt nisi hoc quod dicitur expecto
propter quosdam hereticos qui dixe-
runt resurrectionem mortuorum
iam factam esse et non ulterius
expectandam. Dixerunt enim quod resurrectio
non est nisi anime que cot-
tidie fit cum anima resurgit
a peccatis. ii. Thy. ii. Ex quibus
est est phyletus et hymmeneus
qui a veritate exciderunt dicen-
tes resurrectionem iam factam
esse et subverterunt quorumdam fi-
dem contra istos auctoritate
apostoli dixerunt et expecto resurrectionem
mortuorum. Ultimo tracta- xii.
tes ultimum articulum dixerunt Et
vitam venturi seculi quod apostoli
dixerunt vitam eternam. Syno-
dus autem ut exprimeret spem
et non putetur esse beatitudo in
hoc seculo sicut Stoyci philosophi dixe-
runt determinaverunt esse addendum et
vitam venturi seculi ne in hac
vita beatitudo esse putetur. Secun-
dum dixerunt auctoritate apostoli ii.
Chor. iiii. dicentis Id enim quod
in presenti est momentaneum et
leve tribulacionis nostre synodus
in sublimitate eternum glorie

pondus operatur in nobis non con-
templantibus nobis que videntur
sed que non videntur. Que enim
videntur temporalia sunt que autem
non videntur eterna. Amen est in ul-
timo symbolo confirmatio predictorum. Et
debet interpretari verum est et non dubium. Et
tertia fiat sic patet ex prehabitis
que iam in auditis exposuimus.
¶ Est autem dubitatio apud qui-
dam in istis symbolis utrum
res sit articulus vel enunciabile.
Res quidem est sicut Christi incar-
natio et passio et resurrectio et
huiusmodi. Enunciabile autem sicut
Christum esse incarnatum vel in-
carnandum Christum esse passum
vel passurum et huiusmodi. Illi ergo
qui enunciabile dicunt esse ar-
ticulum inducunt rationem dicentes
quod articulus est propter quod iudicatur
homo fidelis si credit et iudi-
catur infidelis si non credit.
Iudicaretur infidelis autem si cre-
deret incarnationem et non crederet
Christum incarnatum esse. Est arti-
culus et non incarnatio. Ergo
enunciabile est articulus et non
res. Idem autem et eadem ratione
dicitur de aliis. Econtra dicunt
alii quia Joh. xii. Qui preibant
et qui comitabantur et qui sequ-
ebantur clamabant concorditer
dicentes Benedictus qui venit in
nomine domini ubi dicit Glo. quod qui
preibant significant patres precede-
tes adventum Christi comitantes
autem significant eos qui futuri
erant post adventum. Et hii
omnes unam fidem habentes cla-
mabant non autem poterant
veram habere fidem si enunciabile
esset articulus quia non est u-
num enunciabile Christum fore incar-
nandum et Christum iam fore in
carne et Christum incarnatum fuis-
se. Ergo si una est fides oportet
quod id sit articulus quod idem
est in tribus temporibus. Hoc autem non
est nisi res. ergo res est arti-
culus et hoc ego credo super primum
dico verum esse et quod obicitur de
enunciabili quod tempore variato dicimus
quod hoc est de expressione et determi-
natione articuli et non de articulo
et hoc iam ante diximus esse de con-
sequentibus fidem et non in con-
clusionibus. Hoc ergo modo de
symbolo grosso sit determinatum.
Articuli enim sunt rudimenta fi-
dei et rudibus in grosso sunt ex-
ponendi. Effectus autem symbo-
li est in duobus quorum unum est
quod symbolum synodi pocius
cantatur in ecclesia publice quam a-
postolorum quia publice est factum
et expressum cum explanatione
continet fidem symbolum autem a-
postolorum in silencio dicitur quia non
publice predicata ad hoc fide est

factum et continet fidem implicitam
et non explicitam a singulis in
telligi possit. Tercium autem est quia
non cantatur symbolum synodi
nisi in solempnitatibus in quibus
aliqua mencio fit de symbo
lo sic in omnibus dominicis diebus
que de trinitate sunt et nativitate
et resurreccione in festo spiritus
sancti et octavis istorum preter octavam
resurreccionis et in festis beate
virginis quia de ipsa etiam fit
mencio et in festis apostolorum quia
credimus in sanctam ecclesiam ka
tholicam et apostolicam et in festo
dedicacionis quia credimus in
sanctam ecclesiam. Quidam etiam
addunt festum Marie Magdalene
quia ipsa fuit apostolorum apostola.
Et in festo crucis quia credimus
in crucifixum. Et sic planum est
videre in quibus festis cantan
dum est vel non cantandum.
Hec ergo de duobus symbolis in
grosso dicta sufficiant. Capitulum xlviii
Tercio de david dedit in celebra
cionibus decus et ornavit tempora
usque ad consummacionem vite. Et
ita fecit beatus Gregorius in ordina
cione misse. Jam autem habitum
est quomodo dedit in celebrationibus
decus per invitacionem dei adveni
endi in sacrificium per introitum et
kyrieleyson et gloria in excelsis
et per instruccionem tam perfectorum quam
imperfectorum et incipiencium instruccio

Tercia pars misse

rum. Sequitur tercio ad tria partem
misse in qua ordinatur totius
vite consummacio hec est perfeccio
et hec in totius societatis perfeccione
per unionem ad christum in incorporacione. In
hac ergo quatuor fiunt secundo
in quibus tota completur oblatio
sive consummacio sive perfeccio scilicet
obligacio sanctificacio sanctificati dis
tribucio et distributi communio. Per
primum offeratur munera que sunt per
idonea efficiuntur deo oblata. Per
tercium distribuuntur pro universis
et mensura. Per quartum omnia
ad deum mittuntur christo iam incor
porata. Primum facit sanctitatis per
fectio in offertorio et primo silencio
quod concluditur prefacione. Secundum facit
in secundo silencio quod concluditur in
dominica oratione. Tercium facit
in tercio silencio quod concluditur in
agnus dei. Quartum fit in quarto
silencio quod concluditur communione.
In primo autem quia ecclesia orat nondum
data salutacio quia consecratis per
feccione salutatur populus offerto
rium prefacio secreta communio
que est perfeccio. Circa primum
attendendum est quod sic sanctitatis
perfector primum salutat populum ad
consolandum de desidio quo ad
vocatum est dominus. Et secundo salu
tat ut cum eis sit dominus ad in
struccionem perficiendi. Tercio modo
salutat ut dominus assit qui

offendam recipiat Iste enim e
ordo conueniens vt instructio
exhibeatur que sic dicitur Roma x
fides est ex auditu auditus
aut per verbum dei et quod post hoc
quisque fidem perceptam ore
confiteatur quia sic dicitur ibidem
Ro x Corde creditur ad iusticiam
ore autem confessio fit ad salutem
ps Credidi propter quod locutus
sum et tercio fructus totus est
vt credens plus deo offeratur
hebr xiii per ipsum ergo offeramus
sacrificium laudis semper deo id est
fructum labiorum nostrorum confiten
tencium nomini eius Sicut ergo
inter nouum scientes personam sci
taris per sacerdotem dicit dominus vobiscum
contendens se adplicare Dominus in
quam vobiscum vt in sac
rificium deo offeramus Dominus
vobiscum vt tam sancte oblacionis
offeramus Dominus vobiscum vt
oblato sacrificio in corpore in
Dominus enim nobiscum quam nos et
oblatas suscipit quam nos tamen
suum sacrificium efficit facit quam
nos et unum facit et vnit de
primo dicitur ii paralipomenon xx dominus
vobiscum quia fuistis cum eo
Iam enim confessione fidei fuis
tis cum deo et ideo dominus vob
iscum est Et ibidem dominus vobiscum
erit Deso d Gen xxviii Si
dominus deus meus mecum fuit in
via in qua ego ambulo

et dedit michi ad edendum hoc est
ad gustum suum in specie panis
est michi dominus in deum ps
Gustate et videte quoniam suauis
est dominus i petri ii Si tamen
gustastis quam dulcis est do
minus Deciio dicitur Num xiiii terram
quam circuiuimus valde bona
est si propicius fuit nobis dominus
inducet nos in eam et postea pau
ca Dominus vobiscum quia no
lite timere illos metuere Hec
enim terra est terra nostre benediccionis
fructus qui est dominus in quod
nos ducit per vnionem suam et
ad hoc optatur esse nobiscum Ideo
ergo dicit hoc loco dominus vob
iscum Videtur autem ex parte offe
rencium Et cum spiritu tuo quia
hoc sacrificium quod in spiritu offertur
acceptatur a domino Daniel
iii Sed in anima contrita ~~et spu~~
et spiritu humilitatis suscipiamur
ps Sacrificium deo spiritus contri
bulatus cor contritum et humiliatum
deus non despicies hac ergo
de causa hic dicitur et cum spiritu
tuo Et in hac parte est of
fertorium tercia quod duo non continu
ant quod sacerdos premittit se ad
altare conuertens Oremus et tamen
oracionem non statim dicit sed offer
torium cantatur Dicit autem
oremus ideo vt magna et
efficax et pura oracio exigitur
ad hoc quod plus deo incorpo
randum offeratur Oracio enim

est prius affectus mentis in
deum dirrectus et plus offendit
deum prius affectu voto debet
elevari in ipsum ut dignum dono
de ipso fiat sacrificium Luc. xviii.
Oportet semper orare et non defi-
cere. i. Thess. v. Orationi instate
vigilantes in ea. Et tali amo-
rationem sancta adorandi voce lau-
dis et iocunda cantu offerto
virum ~~cantat~~ in quo non tantum
offert munus vel intrinsecum re-
cognicio est essencialis quod ipse
qui offert munus seipsum of-
fert pro fiore sanitatis deo of-
fendit. Unde ad Caym qui
munus deo obtulit et seipsum
dyabolo mancipavit dominus dixit
Gen. iiii. Nonne si bene offeras
male autem non dividas pec-
casti. q. d. Si sic peccasti pec-
casti. Et dicit ibi glo. quod bene
obtulit dyabolo. Est ergo ob-
latio exterior signum oblacionis
interioris. Sic homo per censum
quem deo suo offert recog-
noscit quod dominus in ipsum habet
dominium. Et hoc habetur a Deut.
xxvi. dicit Tolles de cunctis fruc-
tibus frugibus tuis primicias et
pones in cartallo pergesque
ad locum quem dominus deus tuus
elegerit ut ibi invocetur nomen
eius. Accedesque ad sacerdotem
qui fuerit in diebus illis et di-
ces ad eum Profiteor hodie coram
domino tuo quod ingressus sum in
terram pro qua iuravit pa-
tribus meis ut daret nobis
suscipiensque sacerdos cartal-
lum de manu tua ponat
coram altari domini dei tui et
aliquibus interpositis dicit sic
Ideo qui minime obtulit id-
circo nunc offero tibi primicias
frugum terre quam dominus dedit
mihi et dimittis eas in conspectu
domini dei tui et adorato domino
deo tuo epulaberis in omnibus
bonis que dominus deus tuus de-
dit tibi. Hic enim per oblacionem
recognoscit se pertinere ad deum
et oblatum sibi servum epulabitur
in convivio corporis et sanguinis
domini. Hic ergo oblacio exterior
interioris oblacionis est signum.
Hec exterior oblacio debet esse
utilis valore preciosis devocione
oblata in caritatis dileccione et
munda acquisicione. Utilis in
quantum ut possit ministris
dei querere ad utilitatem. Unde
maledicitur qui debile offert
quod ad utilitatem convertit non potest.
Mal. i. Clauda et languidum
intulistis munus. Numquid
suscipiam id de manu vestra dicit
dominus. Maledictus dolosus qui
habet in grege suo masculum hoc
est perfectum et valens et votum
faciens offert domino debile
hoc est quod non potest converti in uti-

litem sic fecerunt qui falsam monetam et alia male valencia ad altare et pro decimis offerunt. Proprie autem debet de devocione ut plus de cordis devocione procedat quam de manu. Ps. holocausta medulla offeram tibi. Eccli. xxxv. Oblacio iusti impinguat altare et odor suavitatis est in conspectu domini. De tercio dicitur Math. vi. Si offeres munus tuum ante altare et recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te relinque ibi munus tuum ante altare et vade prius reconciliari fratri tuo et tunc veniens offeres munus tuum quia alias dicetur tibi illud Mal. i. Non est mihi voluntas in vobis et munus non suscipiam de manu vestra. Quarto munda debet esse acquisitione acceptum. Prov. iii. ubi dicitur Honora dominum de tua substantia et de primiciis omnium frugum tuorum da pauperibus ac si diceret quod tuum et non alienum sit quod offeres domino. Eccli. xxxiiii. Immolantis ex iniquo oblacio est maculosa et non sunt beneplacite subsannaciones iniustorum. Subsannacio enim et non oblacio est quod offertur de furto vel rapina vel de usura vel aliter iniusto lucro

Eccli. xxxiiii. Dona iniquorum non probat altissimus nec respicit in oblacionibus iniquorum nec in multitudine sacrificiorum propiciabitur peccatis. Clamat enim rapina quam rapietis et ideo dominus ad oblacionem eorum non propiciatur. Ysa. iii. Rapina pauperis in domo vestra. Eccli. xxxiiii. Qui offert sacrificium ex substancia pauperum quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Gregorius. Talis debet fieri oblacio de exterioribus que signum est oblacionis interius. Hec autem fieri debet hylariter. Unde quia sic dicitur ii Cor. ix. Hylarem datorem diligit deus et hoc representat devocio que tantus est in sortem dei oblatam cantabo offertorium. Et ideo iocundo cantu et letis neumatibus cantari debet offertorium que ecclesie cantant per modum iubili cantantes versus offertorium et tractus. De primo Paralipomenon. Ubi tu offerret populus dona in edificium domus dei dixit David In simplicitate cordis mei letus obtuli universa hec et populum tuum qui hic repertus est vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria. Domine deus abraham ysaac et israel patrum nostrorum custodi hanc voluntatem cordis eorum et semper in veneracionem tui mens

ista permaneat / hec est igitur quod de
offertorio dicendum videbatur. C
Nunc de preparatione qua interim
ad offerendum se preparat / se sacerdotis
prior est dicendum. Preparat autem
se tribus incenso lotione et
oratione. Incenso parat se deuo
tionis odore. lotione mundi
cie nitore. oratione cordis fer
uore. Circa primum attendendum
quod sicut erat in lege in sancta san
ctorum duo autem velum unum in
sancta sanctorum propiciatorium ut sunt
et thuribulum. in sanctis altare
aureum. Ad ista ergo sacer
dos se preparat mactatus carne
super altare ad quod procedit cum
thure implens cor quod procede
dit cum feruore orationis ac
cedens ad propiciatorium quod
iam ad locum ubi ad offerendum
peruenit. Thus ergo est in
thuribulo quia suauitatis odor
in devoto. Cap. xvi. Que est
ista que processit sicut virgu
la fumi ex aromatibus mirre
et thuris. De mactatione
corporis in altari. Dicit Ro. xii.
Obsecro vos fratres ut exhibe
atis corpora vestra hostiam viuen
tem sanctam deo placentem
rationabile obsequium vestrum.
Dextro dicit in psalmo. Introibo
in locum tabernaculi admira
bilis usque ad domum dei. Ad

altaris accedens inclinat hos
tiam sibi thurificat / et post
in ultimum thimiamatis configurat cum
propiciatorium hoc est cum clementia
dei stans se eleuat et manus
extendit quod inclinat ad alta
re significat reuerentiam quia
thurificat tamen sacrificium redolen
tiam scilicet panis vini et aque.
que in vinum est mixta quod
se eleuat extensionem sui
in deum per totum feruorem signat.
Thurificat ergo ter. tres in
sacrificio spiritualis esse designe
quarum prima reficimur. Cum
potamur et tertia uniti deo
unimur. Sic ergo parat se
ad altare accedens ordinando
oblata thurificando et se in
conspectu domini erigendo ac
si diceret introibo ad altare
dei ad deum qui letificat iuuen
tutem meam / Et secundum aliud dicit
Dirigatur oratio mea in conspectu tuo
sicut incensum. Et tertio dicit ele
uatio manuum mearum sacrificium
vespertinum hoc est totum ad deum
quorum propiciatorio extra velum
apte eleuabatur. Deinde va
dit ad lauandum quia cum prius
ad missam se parans lauit
ab iniquitate meo oblatus sa
crificium ampliori indiget ab
lutione etiam a venialibus et
peccatorum reliquiis dicens. lauabo

non int peccatores s; int inno
centes manus meas & circum
dabo altare tuu dne Hanc in
teriorem ablucoem petit david
dicens Amplius lava me dne
ab iniquitate mea q. d. lavisti
a mortalibus lava & a venialibus
me lava quia nemo a deo
lotus est qui indigeat ulteriori
locione in tanti oblacione sacri
ficii h' significavit dns Joh
xiii. quia cu loti essent apli
& sic accederent ad refectionem me
se dni paschali agni noluit
exhibere eis corpus suu nisi itera
to lavaret pedes eor per quos
significata est affectum ab
luenda dicens qui lotus est no
indiget nisi ut pedes lavet
& est mundus totus Sic eciam salo
mon in templo iii Re. vii. Fecit
mare eneu ad quandam ablucio
nem sacerdotu & fecit lucem
spiritualem ad lavaturam eor qui
sacrificio ingrederentur in templu
Hoc ergo modo paratus locione
procedit ad mediu altaris pa
rans se oracionis suffragio Et
hoc dupliciter s. prece & postulacione
adiuvantis oracionis applo per
se pronus inclinatur an al
tare dicens In conspectu domini
humiliter & animo contrito suscipia
mur dne ante vel fiat sacrifi
ciu meum ut ante suscipiatur hodie
& placeat tibi dne deus et si
mul ista verba Dan iii° ubi

ista verba tres pueri in camino
ignis ardentis dixerunt Sa
crificium enim offertur in recorda
cionem passionis dni Et sic qui
recordantes quod hoc sacrificium in
ara crucis pro nobis oblatu
est & propter peccata nra offeramus
nosmet humilitatis peccatum recognoscen
tes & in animo contrito pecti dolo
rem in corde sencientes psalmista
de primo dicit Quoniam iniquitatem
meam cognosco Deo dicit
Et peccatum meum contra me est semper
In hac ergo humilitate cordis et
contricione petentes suscipit of
fertorii sacrificii sacerdos sui ef
fectum est quod in hiis naufragii rei
cit quia de primo dicit Ps Sa
crificium deo spiritus contribula
tus Deo autem dicit similiter cu
rium primo Cor contritu et
humiliatu deus non despicies
Et sic placet deo sacrificium Ma
lach. iii. Placebit deo sacri
ficium Juda et Ierlm sicut dies se
culi & sic anni antiqui Ju
das enim confitens interpretatur et
sacerdos unus latus est ablucione
& confessionis oracione Ierlm at
est pacis & unitatis ecclesiastice
suffragii intercessione et ideo
se committit ad populum petens in
unitate ecclesie oracionis suffra
gium dicens Orate pro me
fratres & sorores ut meum pari
ter & vestrum sacrificium sit accep
tum apud dnm Appellacione enim

frem̄ ꝛ sororꝫ innuit ecclie ī
vnitate caritatis colligan̄cs et
vnio̅m̄ Sub h̄c aut̄ ꝙ cū sit loco
ei⁹ qui omnis est pastor scītatis
ꝛ tn̄ petitio͡e ꝯnis suffragiu̅m
innuit h̄c ꝙ dr̄ Aplus v. qm̄
ꝛ ipse circūdat̄ infirmitate et
ideo vt homo infirm⁹ indi
get ecclie adiutorio Jac̄ vᵗᵒ
Orate pro inuicē vt salue̅m̄
Multū eīn valꝫ dep̄cacō iusti
assidua In h̄c aut̄ ꝙ dr̄ vt me
um pariter ꝛ vr̄m sacrificiū ꝛc̄
Innuit q̄d dcm̄ est ꝙ tam
offerentes q̄m oblati in altari
offerunt eius oblacōis sig̅ᵉ
fiunt exterior̄ facultatū oblaꝯ
Vn̄ heb̄ᶜ v. debet q̄admo
dum p̄ p̄plo ita ꝛ pro seip̄o
offerre p̄ p̄ctis Ipse eīn ho
ē ꝛ hominib̄ʒ assūpt⁹ in locum
ei⁹ qui scītatis est pastor.
Et idō vt homo indiget
suffragio ꝛ vt in loco dī ex
istens impedit ꝛ p̄ficiat sacri
ficiū Heb̄ᶜ v. Omnis nāq̄
pontifex ex hominib̄ʒ assūpt⁹
pro hominib̄ʒ constituit̄ in hijs
sūt ad dm̄ vt offerat dona
et sacrificia p̄ p̄ctis qui cōdolē
possit hijs qui ignorant et
errant Sic ergo innuit⁹ scītatis
tis pastor ꝛ pat⁹ p̄fecit secreti
oronē in qua p̄ toto anni
in oīb̄ʒ missis nichil aliud
petit̄ nisi ꝙ p̄plus offerens

in suis donis ꝛ cū donis deo ī
vnitate xp̄i corporis in corpan
dus deo offerat̄. H̄c aut̄ in se
creta misse pat̄ꝫ p̄me que s
dr̄ Hec sacramenta nos domine po
tenti v̄tute mūdatos ad suū
faciant puriores venire principi
um Cum eīn hor̄ principiū quo
tum ad oblacō̄m est oblacio q̄
xp̄us obtulit seipm̄. H̄c aut̄ fa
cile est invenire ꝛ vidē in oī
b⁹ secretꝭ nisi ꝙ aliquā p̄ter
festū ꝙ agit̄ de xp̄o vel scīs
in secretis illi⁹ festi mencio
habet̄ vt quā festi plus offe
rens xº in corporet̄ H aut̄ orō
ideo secreta vōt̄ quia sub si
lencio ꝯsecrate dr̄ Cuius diuisi
diuisas assignat causas de q̄b̄ʒ
par est curandū Causa vna
est quia ea in ista orone a
scītatis pastore sacrissima postula
tur ꝛ offerunt̄ ꝛ hec a p̄plo con
celari debent vt amplius vene
rent̄ Conscia eīn p̄plo p̄ vsum
discunt̄ ꝛ vilipendunt̄ ꝛ forte ad
vsus alios adhibent̄ In sig̅
hui⁹ Nu̅ iiij. Omnib̄ʒ pater
sacerdotes aaron ꝛ filij eius sa
cerdotes dispon̄ꝫ onera singlor̄
ꝛ diuidet quid portare quis
debeat Alij nulla curiositate vi
deant que sūt in sanctuario p̄⁹
q̄m inuoluant̄ alioquin mori
ent̄ ꝙ multi vsu sacrissima con
temp̄nentes quando eis publice

ondunt accipiunt occasionem
mortis in eis qui si erunt
operta et involuti ab eis velata
venerarentur. Math. vii. Nolite
sanctum dare canibus et margaritas
nolite spargere ante porcos ne
forte conculcent ea pedibus suis
et conversi dilacerent vos quia in-
dicta ista vilescunt et sacerdotes
vobis eorum lacerant. Unde dyonisius
loquens in ecclesiastica yerarchia
de ritu sacramentorum. Greci hec viden-
tes late videbitur putantes tan-
humilibus verbis et rebus non posse
inesse sanctificationem. Hec ergo est va-
causa huius silencii et secretum si-
lencorum. Dicunt tamen quidam circa
aut passionem cum iudei quererent
ihesum interficere sic dicitur Joh. x. Se-
cessit ihesus ultra iordanem in lo-
cum qui dicitur effrem et ibi latebat
et quia publice tunc predicabat
dicunt quod hoc silencium suo primo si-
lencio hoc sacerdotes imitabat. Sed
hoc videtur mirabile quod illud in do-
minica tamen nulla mencio fit in
ipso. In isto autem secrete silen-
cio nulla penitus fit mencio
silencii illius vel similitudo quod
sacerdos fugiens ab altari non ab-
scondit se neque latet et ideo apud
me nichil valent eius ad oracio-
nes etc. Dic ergo perficiens secre-
tam concludit alta voce quia hoc
quod in conclusione est omnibus ex-
pedit scire tam clericis quam ydiotis.
Dicit ergo per dominum nostrum etc. Ut sciatur
quod quicquid petitur non nisi in nomine
xpi exauditur. De hoc autem satis
dictum est quod autem quidam dicunt
quod exultacione vocis iterata xpi
predicacio innuitur quod in septima-
na pasche ante decima quinta
luna iuxta montem regrediens clamat
docens in templo dico quod hoc meo
iudicio nichil valent ad propositum
et quod sciat aliquis hoc dicunt profecto
sunt quedam ex propria invencione
cum scripture ad oraciones. Clamat
ergo sacerdos ad populum hoc quod omnium
est fides et instructio ac si dicat
illud prov. viii. O viri ad vos
clamito et vox mea ad filios
hominum abscondatur autem ea que
non singulorum sed que sunt pastorum
tamen et paucorum intelligendi et
conclusione prefata ydiota vel se-
cum loco ydiote est dicitur amen
quod quia ad conclusionem tamen refer-
tur interpretandi est per verum et
non proficiat. Ac si dicat. Au-
ditis per dominum etc. Et qui vivit et
regnat etc. Nos corde ore et
opere confitemur et dicimus. Cuius hoc est
verum ac si dicat id prov. viii.
Isti sunt omnes sermones tui et
non est in eis pravum quid atque perver-
sum. Audiens autem sacerdos hanc
confessionem procedit ad prefacionem
que prolocucio interpretatur quia
iam sacerdos senciens populum ad
altiora paratur. Proloquitur eis pub-
lice de sacramenti altitudine et
reverencia et ab hac prolocucione
id quod cantat nomen prefacionis

accepit Ritus aut̄ bzeuis hoc
ordinauit ⁊ btus ppa Gelasius
hec conponens fundauit statu-
tum istud in vbo dm̄ qd dr̄
Exo xix vbi dixit ad moysen
descende ⁊ contestare pplm̄ ne
forte velint transcende terminos
ad videndum dm̄ ⁊ moriant̄
Et ideo sic moyses ita sacerdos
n̄re statuit̄ p̄fcōr intonanti
p̄facōis mo magnis et
altitudine sacramenti ange-
lici p̄fecōne tremendam no-
vitatis distuciant̄ s̄ humilitate
cordis a pplo suscipiat̄ ⁊ ve-
nerēt̄ ¶ Hec aut̄ p̄facō du-
as h̄z ptes .s. excitacōm ppli
ad attencōm ⁊ ipsam instruc-
cionem p̄facōm Excitacō ppli
ad attencōm est in th in eu-
logiōnis in commone videlz p-
fectōnis in exortacōne gratu-
lacōnis Eulogiū salutacōis
est in duobȝ .s. in salutacōe
p̄sbri ⁊ in deuota rnsione ppli
Salutacō est dn̄s vobiscū qd qu-
uis in p̄cedenti iam expositū
sit tam̄ istud eulogiū est op-
tacō adiutorij dm̄ adiuuantis
ad altissima quia sine dn̄o
ad ista ascende nō valem⁹
dn̄s enī suppo sicōnis nome
est eo qd sic dr̄ dyo⁹ dn̄s sup-
posicōnis ⁊ dominacōnis incess-
sant̄ est appetitus hoc enī im-
plet̄ qd dr̄ p̄zovb .ix. vocauit
ad arcem ⁊ ad menia ciuitatis

Ad arcem enī altitudinis p̄fcōis
p̄fcōr scandit vt suo dn̄o
nobiscū sit ita qd nich̄ cordi-
bus nris suppositū desp̄men-
do in s̄uitutē redigat s̄ dna-
cōnis sue incessant̄ appetitū
contineat ad menia ciuitatis qd
dnacō eius est ascendamus
Vn̄ dr̄ ps Exaltare dn̄e i
v̄tute tua cantabim⁹ ⁊ psal-
lem⁹ v̄tutes tuas Exaltat̄
enī in nobis qd s̄uitutis in-
go excusso ad suppoicōnis
sue nos erigit altitudine et
sue iocunditate sp̄us cantat ⁊
ope indeficiente da. x. cordarū
psaltio obs̄uacōne psallim⁹
mandator̄ Vn̄ mirabilis in
altis est dn̄s Hic v̄o diuinus
in hoc dn̄m transslate id Johis
viij Nemo s̄uiuit vnq̄m sic
impleť in nobis qd nr̄e est
prodigalitate cessim⁹ Gen .i.
Faciam⁹ hominē ad ymaginē
⁊ similitudinē nr̄am et p̄sit pisci-
bȝ maris ⁊ volatilibȝ celi et bes-
tijs t̄re In hec portam ymaginē
dn̄i dī qd suppoim⁹ concupis-
cencie dulcedini que an hucore
natat libidinoso ⁊ ambicōnis
⁊ sup̄bie que ad alta volat
huius seculi ⁊ bestialibȝ moti-
bus que racōne sūt priuata ⁊
sic nobiscū s̄ ee ondit Hinc
aut̄ vidēm⁹ sp̄u tuo mod p-
fcōis scandis optantes qd dn̄s
subvehat sp̄u in eadē alta

que nobis optaint vt sic ea
que nisi in spu sco agi pos-
sut ipse spm inspiret vt spc
sacerdotis sit cum spu pficiente
scitatem Joh iiii° Spiritus est
deus et eos qui oderant eum
in spu et veritate oportz adora
re et in hc maxime uctim i
sacrato in quo caro nichil pro
dest s3 spus pficit omnia Joh
vi. Spus est qui vivificat
caro aut non prodest quid
qm h3 enim verbum dixit do
minus dehinc sacti pficimus.
Hoc modo enim p fcor sciatis
accipiens ydiotus et chori re
sponsum initiat ad altiora p
vocare ppl qm ipm in sig
no obtulit in sacrificiu expres
se clamans Sursum corda. s.
elevate sursum in quid intel
lcu veritatis sursum affcu ca
ritatis sursum vite quo sacro
et sursum rectitudine intencois
De prima et supna elevacone
dr ps Accedit homo ad cor
altum et exaltabitur deus Ad
cor altum enim intellcu vitis
qui in sacramto nichil carnale
cogitat s3 omnia alta esse in
telligit sic qr in cibo sumptus
xpus dentibus non dissipit
nc dividit divisione sacti
s3 manz integer et sumptus nos
sibi incorporat et non dicit vt
peat in illatre descendens

manet in dextra patris vt in
corporatos s ad sedem patris
exaltat Et dehinc scda ele
vacone dr Coll iii° Sursum
sapite non que sut sup tra
Sapimus enim et querimus celestia
p veritatis nre secundum exal
tacom et hc in sacramento pficit
qm inmia dilecom dm pen
santes ad ultimus qr ipse nob
se dat in cibu qui nos sibi
incorporet et sic ad alta do
mus patris ubi omnes habundat
panibus etne vite nos elevan
do p ducat De tria elevatoe
phyl. iii. Nostra conversacio in
celis est Un et salvatore veni
entem ad nos in sacramento ex
pectamus dnm ihm xpm qui in
corporando nos s reformabit
corpus humilitatis nre configuratu
corpori claritatis sue De qr
ta sursum elevacone dr Job
xvi Ad dm stillat oculus meus
hc est oculus alte intencois
qui devocone et memoria dni
ce passionis stillat lacrimando
et non nisi i altu ad dm dirigit
tendendo pferendo et omnia ma
soli do attribuendo. Hoc aut
qr sacdos h3 dr oratu hunc ab
eo qr dns dt p sem Job xvi°
Terra ne operias sanguinem
meu neqz locu inte latendi
inveniat meus clamor et

tenentes et nullis mundi sordi-
bus inquinati. Dicitur sunt qui

cum apostolo dicunt Phil. i Michi
vivere Christus est et mori lucrum
me autem gloriari oportet. Et post
paulum cupio dissolvi et esse
cum Christo multo magis melius
hic autem dici debet devocione
cordis in veritate oris et integri-
tatis in facto operis quia si etiam
illis aliquid adheret parum ex
terrena ista et contagiosa in ha-
bitacione dicit Augustinus quia id est ip-
sa fit consumitur in camino hoc fit ille
parvum veniale in tali viro is-
to. Consumitur enim calore ferven-
tissime caritatis. Hii ergo ut dicit
Augustinus tam boni sunt quod talibus
remediis non indigent. Medio-
criter autem boni sunt qui sine
mortali sunt sive innocentes
aut mortalia sua per contricionem
et confessionem et operis satisfactionem
venialia fecerunt et bonis operibus
inherendo in obediendo mandato-
rum et decretorum ecclesie vixerunt
tamen perfectam consiliorum vitam non
tenuerunt et ideo multa de terrena
conversacione eius venialia adhese-
runt que tamen levia sunt vtro-
ciosa et neglecta et non satis de-
vote bona et perfecta et isti quidem
in purgatorio cremabilia habent
sed magna et notabilia ad ignem
non habent resistencia et ligna et fe-
num et stipula non vehunt. Medio-
criter autem mali vocantur qui man-
datorum quidem habent custodiam
et mortalia sua per penitentiam in mor-
talia commutaverunt sed tamen nore

et sollicitudine circa sedat pro
dampnis uxoribus et filiis multa
non mortalia sed assumpto deo et
sollicitudine et fervore caritatis et
devotionis mixtum recthencia et
fortiter ad deum tenentia et
illa quecumque concupiscencia carnis et
cupiditate rerum circa dominum et
divinum preceptum commiserunt et
committunt cottidie que nobiliorem
ad ignem habent resistenciam usque
crementum Et ideo illi ligna fe
num stipulam superedificant super
fidei fundamentum ligna in ma
ioribus diutius ardent fenum in
mediocribus et stipula in mini
mis tamen ad ignem ordinatis
et illis duobus defunctorum generibus
prosunt suffragia ecclesie Et sic
patet primum quibus scilicet prosunt suf
fragia Unde Augustinus dicit Qui scit
patrem esse in inferno non plus
rogarem pro ipso quam diabo
lo illi enim sunt sicut diximus ultra
chaos divine misericordie et ideo eorum
non erit recordacio ad bonum Ad
quid autem prosint item dicit
Augustinus dicens vel adeo pro
sunt pro quibus prosunt ut ve
locior sit eorum liberatio vel ut
tollerabilior sit eorum dampnacio
Mediocriter enim bonis et medio
criter malis prosunt ut velocior
sit eorum liberatio Et ideo tot possunt
fieri suffragia pro uno aliquo
quod statim in momento liberatur
Et ideo in hoc solo casu melior
est condicio divitis quam pauperis
quia habet unum suffragia fiunt

pro ipso Unde Proverbiorum xiii dicitur
Redemptio anime viri proprie di
vicie Quod autem dicit Augustinus
quod ad hoc prosunt ut tollerabi
lior sit eorum dampnacio diversi
mode intelligitur a doctoribus
magnis Prepositivus enim
dixit quod propter hoc verbum suffragia
prosunt valde malis in infer
no dampnatis sed non ad li
bertatem dicebat enim quod secundum quod
quod fit pro tali aliquota tol
lit penam vel partem pene
adampnatis semper autem suffra
gium non tollit ut sint inme
sura quantitatis sed tollit tantum
in proporcione et quia pena eorum
extensive accepta huiusmodi
continui divisibilis est in infi
nitum Ideo illa pena nunquam fi
nitur per suffragium et tamen per
omne suffragium tollerabilior
efficitur Huius autem exemplum dabat
in continua linea que si di
vidatur per aliqualia in quanti
tate mensure sicut per duo vel
tria equa vel quattuor vel quin
que et sic deinceps equa in
mensura tunc procul dubio sta
bit divisio et finietur linea quia
tales partes non infinite finite
sunt in ipsa Si autem sic di
vidatur ut primo dividatur per
duo vel tria et sic deinceps et re
siduum iterum dividatur per duo vel
tria sunt dimidia vel tertie re
sidui non equalia primis
in sic proporcione residui nunquam
stabit divisio sed procedet in in

finitum quia diffinicio continui
est in infinitum divisibile esse
Tali ergo divisione dicebat in
dampnatis penam divisionem
per suffragium eciam fieri. Sed
queratur a ppositivo que sit
causa quod sicut suffragium minus
in quantitate pene tollit quam
primum cum in eius natura duo equa-
liter agencia equaliter tollant
et abiciant de passivo et non
potest causam racionabilem assignare
Ad hoc sicut autem plus debet tollere
secundum primum quod pena iam dimi-
nuta per primum minus potest resistere
secundo quam primo et ideo dicimus
hanc opinionem ficticiam esse.
Ideo dixerunt Cantor parisiensis
et Stephanus cantuariensis episcopus
in veritate sicut tantum in mensura
sua quantitate pene tollit quantum
primum et quod pena tollitur potest tollere
suspensa item in infinitum rela-
bitur quia non liberatur nec
partem tamen eius dampnatus non
est susceptibilis. Hoc autem con-
firmant isti per dictum Johannis
Crisostomi qui distinguit quod
duplex est misericordia dei s. liberans
et relaxans. Liberans est que ex
toto indulgens liberat et hec
ut dicit non est super omnia dei
opera quia non est super dap-
natos. Est autem misericordia relaxans
que citra condignum puniens
morem iudicio partem pene
relaxat et numquam totam et

hanc dicit esse super omnia opera
dei et super dampnatos. Et sic debet
intelligi illud psalmi Miseraciones
domini super omnia opera eius
Et idem omnes vie domini misericordia
et veritas. Et illud Jacobi secundo Super-
exaltat autem misericordia iudicium
Queramus autem ab hiis que
sit causa quod iam liberatus re-
labitur in penam quia apud
iustum iudicem si aliquis satis-
fecit pro eo et iudex acceptavit
satisfaccionem omnino iniustum
est item reum in penam
revocare. Et isti de hoc nullam
convenientem possunt assignare
racionem. Adhuc autem auctori-
tates canonis sunt contra istam
opinionem dicit enim Job xv de
dampnato Non recedet de
tenebris ramos eius arefaciet
et flamma et auferetur spiritu
oris sui non credat frustra
errore deceptus quod aliquo
precio redimendus sit. Proverbiorum
vi. Zelus et furor viri
non parcet in die vindicte
nec recipiet pro redempcione
dona plurima. Ideo per
istos venit magnus doc-
tor Gwillelmus altissiodorensis
et dixit quod profecto pena ig-
nis non diminuitur nec sus-
penditur a dampnatis per ecclesie
suffragium tamen prodest ut
tollerabilior sit eorum dap-
nacio quia confortat pacienciam

vt confortatus ingerere leuius fe-
rat ignis incendium tamen aut
dicatur exemplum vt quando aliquis pon-
dere magno grauatus lassitudine
debilitatur si quis in fronte illi
fundat aquam frigidam in nullo
quidem pondus alleuiat et tamen
illum ad leuius sustinendum confor-
tat et refrigerat et in hoc sen-
su dixit diuites suffragium
gutte aque petere vt refrigere-
tur sed hoc valde instabile est
quamuis etiam fingi posset hec quod
dicit iste Cum abraham dicat
tamen esse chaos quod etiam nimium
compassionis suffragium a sanctis
ad dampnatos non possit de-
riuari Adhuc constat quod non
potest reuelare penam dampnati
nisi peccati diminucio vel remis-
sio quia nichil facit animam ab
igne passibilem nisi peccatum
Peccatum autem non dimittitur nec
diminuitur nisi per graciam Gra-
cie autem secundum fidem katholicam
non sunt susceptibiles dampnati
quia dicit damascenus quod oportet
scire quod quod in angelis est casus
hoc in hominibus est mors Et
sic angeli post casum non
sunt gracie reparabiles vel suscep-
tibiles Ita nec homines post
mortem et ideo temporibus meis in
doctrina florentes theologi os
istas opiniones abhorrue-
runt et dixerunt quod si prosunt
dampnatis suffragia quod in
aliqua parte pene prosunt eis et
non in toto Qui enim condemp-
nati ad ignem et ad conscientie
vermem sic dicit ipsa veritas ignis
eorum non extinguetur et vermis
eorum non morietur et ideo ad
mitigacionem ignis nichil pro-
sunt Sed conscientie vermis re-
mordet de tribus scilicet de peccato co-
misso et de bono a seipso di-
misso et de bono cuius ipse po-
tuit esse causa vt fieret ab
altero. Dicunt ergo quod non miti-
gatur de duobus primis quia hec
duo sunt de preterito et necessaria
sed de tercio et crescit et mitigatur
Si enim per malum suum causa est ma-
li in alio totiens crescit vermis
quotiens crescit et dilatatur malum
illud in alios quos inuoluit Et
in hoc sequitur dictum Ambrosii quod ignorantia
pena Arrii quia nescitur quot erro-
re eius sunt subuertendi Si autem
causa fuit vt bonum fieret per alium
totiens decrescit vermis quo-
tiens bonum illud multiplicatur et
quo ad hoc solum prodest damp-
natis ecclesie suffragium et hoc
quia verum licet catholicam puto
esse tenendam Et ideo dicit Eccl.
ix Quodcumque valet manus
tua instanter operare quia nec o-
pus nec racio nec sciencia nec sapiencia
erunt apud inferos quo tu pro-
peras Queritur autem que sunt
suffragia maxime tam de-
functi apparentes viuis requirunt
scilicet oblacionem fieri sicut hostie et

missa quia i[a] libarunt i infe-
na detentos qui intus altari
offerebat[ur] sic in anhitis dixi
Et quit[ur] a quibus sit facien-
de quia scriptum est Ioh. ix[o] pec-
catores deus non audit dicendum
quod ob omnibus tam istis quam pec-
catoribus fieri debent quia non
recipiunt a deo in caritate defunctorum
quin sint causa quod isti sint a
vivus Sed eum contingit iustus q
fiat cum nemo sciat utrum odio
vel amore dignus sit reuocet
in dubium totum quod facit ecclesia
de suffragiis defunctorum Dic ergo
etiam et tali fide etiam offertur pro
defunctis omnibus quia de qualibet
presumitur quod sit in loco purgatorii
cum sibi non constare possit de
in pena finali alicuius quia
solus deus novit corda decre-
tum Dicit ergo etiam i[d] Ezech.
xviii dicit dominus quacumque hora
ingemuerit peccator omnium iniqui-
tatum eius non recordabor am-
plius Et pie credit ecclesia quod
multi etiam post privationem lo-
quele de peccatis suis ingemis-
cunt in penam salutare pro-
ximi [illegible] tu et publice desp-
natis non nisi silentio et corde
et non publice orare conveniens
etiam hec ergo breviter de memo-
ria defunctorum sint dicta ¶
Nobis quoque peccatoribus etc. Con-
gruit hic vmor elevatio in
hostia ad deum dicitur ante

hic tamen scilicet qui et qualis deo in
hostia offerunt et ad quid Sed in
incipit ibi Cum tuis sanctis.
Ceterum ibi Intra quorum nos
consortium etc. In primo horum tria
dicuntur scilicet qui qualis et qualiter
dicitur ergo nobis quoque qui pro
aliis intercedimus cum tamen nos
magis hac gratia indigemus.
Hebre. vii. quod ad modum pro
aliis ita pro ipso offerre debet
propter peccatis Dicit enim Iacob Gen.
xxx. Iustum est ut aliquando et do-
mui mee provideam dicitur ait
peccatoribus quia sicut dicitur prov.
xviii Iustus autem a principio
orationis accusator est sui Unde
et sacerdos in hac oratione aliquan-
tulum elevat vocem et tundit
pectus quia tunsio pectoris quod ictus
est inferens afflictionem significat
satisfactionis laborem per hoc
autem quod sonus est cum sono
vocis significat satisfactionem
per hoc quod autem cum gemitu est significat
contricionis compunctionem Quod
autem quidam dicunt quod hec
elevatio vocis significat xpi-
cium clamorem in cruce mor-
tem reputo derisionem quia
submisse clamat sacerdos et
xpistus clamat alte et ... [illegible]
fit in hoc mentio de cristi cla-
more. famulis tuis et quales
sint quia famuli per obedientiam
et de multitudine miseracionum
tuarum sperantibus per spem quam

ly ad veniam Tales enim in cor
pati xpo cu ipso pri in celu
sublime altare offeruntur sicut
diximus vnum xi dixit Joh xij.
vt. vbi sum ego illic et minister
meus sit meum Minister
aut est verus famulus. de
misericordia aut dicitur Tren iii
Mie dni quia no sumus
consumpti quia no defecerunt
miseraciones eius Multitudo
aut dicitur miseracionum ipsius etiam
multis est et ad multa quibus
indigemus ysa. lxiij. vbi ze-
lus tuus et fortitudo tua mul-
titudo viscerum tuorum et misera-
cionum tuarum ps Misericordia do-
mini plena est terra ptem ali-
quam Ecce qualiter aliquam mi-
tis et tue largitia condignam
Coll. j. Transtulit nos de pta-
te tenebrarum et dedit ptem
sortis scorum in lumine Et i
ps dicitur ps hereditatis mee Et
dicitur ps funes preclara ceciderunt
mihi in beatitudine mensura-
tes ceciderunt nobis in preclaris
ptibus hereditatis eterne et
societatem quia ex societate scorum
bona vni conuictus efficiuntur omnium
in beatitudine communia ps Par-
ticipem me fac omnium timencium te
Donare dignus quia omnia di-
uina sunt et de suo nemo id
in bonis instituit vnum vi. Quia
habes mitte preventum gratia dot
Nel ds in nob pret sua dona
donat j. Chor iiij. Quid ha-

bes quod non accepisti si aute
accepisti quid gloriaris quasi no
acceperis Cum tuis sanctis Ecce cu
quibus Et tangit etiam tum eos
de quorum fide et beatitudine suf-
ficienter est certificata et alios no
tangit nisi in quantum aplis no
in donis electis sed pocius sorte
vel alio signo spus sci electus
Et inter hos fidei testibus cum
iohanne istum opinor esse
iohannem baptistam qui martir
est vt habetur Math xiiij et
sic inter martires ponitur de quo
dicit xpus Math. xi. Inter natos
mulierum non surrexit ma-
ior iohe baptista hic finis
est legis et prophie et inicium Ewangelii
vnde Math xi. lex et prophete vsque
ad Johem a quo regnum celorum vi
patitur et violenti rapiunt
illud Stephano qui post pri-
uilegium virginitatis primus pre-
latus est ab aplis viduis v-
irginibus sicut legitur Act vi Con-
stitutus sed prothomartir vnde Act vij
Stephanus plenus gratia et forti-
tudine faciebat prodigia et
signa magna in populo et iudicavi-
tur esse Stephanus plenus
spiritu sancto intendens in celum
vidit gloriam dei qui post suspiriz
confutator fuit errorum et virtutis
defensor invictus Actuum vij
Non poterant resistere sapie
et spui qui loquebatur qui pro
mortem lapidum testis fuit fi-
dei et se suscipiente in celo pa-

cu vidit ihm Act. vii. Ecce vi-
deo celos apertos et ihesum stante(m)
a dextris virtutis dei qui p(ro)p(ter)
nimia(m) car(ita)te(m) p(ro) se lapidantibus
orauit d(omi)n(u)m. Ipse lapidatez co(n)-
necti impetrauit paulum
Act. vii. Positis aut(em) genibus
orauit dicens D(omi)ne suscipe
sp(iritu)m meu(m) et ne statuas illis
h(oc) p(ec)c(a)tum quia nesciunt etc.
Mathia qui sic d(icitu)r Act. p(ri)mo.
Sorte electus est in ap(osto)l(u)m ab-
iecit in locum de quo p(re)uari-
catus est iudas vt esset testis re-
surrectionis d(omi)ni. Sors autem
ut d(icit) beatus dyonisius non
fuit imp(er)fecto signum quo sp(iritu)s
s(an)c(t)us illum assumendum ond(it)
et non aliud. Act. p(ri)mo. Cecidit
sors sup(er) mathiam et annumeratus
est cum xi ap(osto)lis. Barnaba
qui etia(m) signo q(uo)d dedit sp(iritu)s
s(an)c(tu)s segregatus est in apostolatus
officiu(m) cum paulo Act. xiii.
Dixit sp(iritu)s s(an)c(tu)s Segregate
m(ihi) paulum et barnabam in
opus ad quod assumpsi
eos. hic p(ri)mum cu(m) paulo fuit
ap(osto)l(u)s gentiu(m) et eius reliquie
reliquijs sp(eci)al(ite)r honoran-
dus Act. xiii. Tunc constanter
paulus et barnabas dixerunt
ad iudeos vobis oportebat
p(ri)mum loqui verbum dei s(ed) q(uonia)m
repellitis illud et indignos vos
iudicatis eterne vite. Ecce con-
uertimur ad gentes. Sic enim pre-

cepit nobis d(omi)n(u)s d(icit) ysaie
xlix. dedi te in lucem gentium
vt sis salus mea vsque ad
vltimum terre. Ignatius qui fuit ille
vicissimus(?) ... contemporaneus
apostolorum pedissequus beati Joh(ann)-
is qui condempnatus ad besti-
as Roma delatus rogauit vt
sibi in passione eius non de-
ficerent sicut p(ro)pte(r) stat(im) intra-
tro est sed non vt malefactor pu-
niret(ur) s(ed) sic(ut) x(risti) discipulus q(uod)
bestias que s(unt) dei virtute ma-
suetebant(ur) se vt deuorarent
prouocauit qui publice h(oc) v(er)bu(m)
dixit ignis crux bestie ossi-
um confractio membrorum diui-
sio tormenta dyaboli in me
veniant ut x(risto) fruar. Et hec ora-
tio se ignatius in ep(isto)la q(ua)m ro-
manis direxit scribit qui cum
esset in dentibus leonis alta vo-
ce dixit frumentu(m) x(risti) sum
dentibus molaris vt panis
mundus inueniar qui vt scri-
bit dyonisius deo ad more(m)
non habuit nisi amor meus
crucifixus est qui multas lau-
des in ep(isto)lis d(i)u(i)n(i)s de matre
d(e)i eius capellanus fuit consp(er)-
sus Rome aut passus a dis-
cipulis suis delatus anthyo-
chiam requiescit in basilica
no(m)i(n)i suo consecrata in sub-
urbio ciuitatis alexandrie
qui ipsa fuit vrb(s) et cu(m) euen-
cio et theodolo passus Rome q(ui)
escit ad s(an)c(t)am Sabinam in

altari minori marcellino petro qui comites fuerunt in diuidue passionis et fidei quos eadem fides et passio fratres effecit felicitate cuius tanta fides mirabilis fuit ut vii filios more machabeorum offerret passionem pro christo perpetua qui privilegio castitatis et fidei meruit martiris nomen conmari. Agatha tanta muliebris abstinentia ipse merito consolatus est apostolorum princeps petrus et exhibuit beneficium plene curationis. Lucia prius districto et contempto thoro pro fide et religione christiana pugnat et per martirium triumphavit Agna vel agnethe cuius tanta est auctoritas quod ipse doctor veritatis ambrosius scribit passionem eius et in die passionis eius missa et sermone solempnizasse eam legitur Item Cecilia que evangelium christi semper gerebat in pectore et non diebus neque noctibus a colloquiis divinis et oratione vacabat que cilicio membra virginea domabat que tyburtium et valerianum suum sponsum ad coronam martirii vocabat que flammis tandem balneatibus superatis martirio detruncato capite primum et patris sanctis suis martirii nomen consessum esse perdixit Anastasia elemosine ipsi martirii palmam promeruerunt Et cum omnibus generaliter sanctis tuis quorum

fides et nota deo sunt nota de quibus Job xv. Nunquid est numerus militum eius et super quem non surgit lumen eius Intra quorum Legit qualiter sublime altare petit recipi quos offert quia in consortio sanctorum quorum indubitata est ad gloriam receptio dominus Intra quorum sanctorum nos qui in hostia offerimus consortium ut eorundem sortes beatitudinis obtineamus. Eph. iii. ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis que sit longitudo latitudo et sublimitas et profundum in hiis dimensionibus consistit sors hereditatis mee. Non estimator meriti quia sicut dicit Ysa lix Omnes iusticie nostre sunt sicut pannus menstruate et ideo non possumus aliquid presumere de estimatione meritorum Sed venie quesumus domine largitor quia totum est in indigentia et liberalitate sua adulte admitte ut eorum consortio annumeretur et hoc est quod dicit david Benigne fac in bona voluntate tua domine ac si diceret nisi benigne facias de bona tua voluntate ut de vivis lapidibus te edificentur muri ierusalem hec sepius est expositum Hoc ergo est quod dicit vivi offendi sunt in oblacione et sic de mortuis et vivis in oblacione offendis est beatum uti diximus Per quem hec omnia domine hec est conclusio totius canonis et concluditur hic ea

que circa confessionem corporis do
mini super opera trinitatis et dividun
tur in duas partes ita quod in prima
parte sunt ea que sunt ex parte sacri
ficii autem continentur ea que
sunt ex parte operantium in sacramento
personarum ibi propicium etc. Ex parte
autem eorum que sunt in sacramento
quare dicitur que per ordinem
manifesta sunt in litera dicitur ergo
per quem sic mediatorem qui
se rem fecit tanti sacramenti
Hec omnia tam de fructibus
oblata quam de eis que in sa
cramento offeruntur oblacione
Semper ut omni tempore offerri
possint Bona quia creata
sunt a bono bona sunt Gen.
primo vidit deus omnia que fe
cerat et erant valde bona cu
ras per naturam quam instituisti
et ideo culpa caret dicit enim
Augustinus quia bonus est sumus
et in quantum sumus boni sumus
Nunc est sicut dicit dyonisius boni
est optima adducere et quamvis ita
bonitas creature indita est
non creature Ideo nulla ex
sit super hec unum hic autem que
ad fructum omnium a deo optimo
creata sunt creata sunt in sac
mento Sanctificas dum ydonea
facis ad sanctitatem sacramenti id est thy
mi. Sanctificatur autem per verbum
dei et oracionem vivificas quia
transsubstancias in corpus vivum et
gloriosum et divinum Ezech. xlvii

Omnia ad que venit torrens
vivet Sicut enim dicit filius
dei qui habet vitam in semet
ipso Johannis xv°. Ego vivo et
vos vivetis et Johannis x. Ego
vitam eternam do eis et non peri
bunt igitur quo ad speciem sa
cramenti sanctificas quo ad rem
autem contentam que est sacramenti
res vivificat ipse est corpus
Christi verum et vivum quod de virgine
traxit quo ad rem autem sacra
menti benedicis quia hic est
res contenta et significata omnibus
prestans gratiam ps. Benedixi
mus super nos benediximus vobis
in nomine domini Quo ad libera
litatem autem dantis hoc sacrifi
cium dicit. ac prestans nobis Ipse
enim paratus est dare omnia super
habundanter quam petimus aut
intelligimus quia ipse ex libera
litate sua largitur est omnium
bonorum hic igitur sunt ex parte
sacramenti In omnibus autem hiis per
tergum in primo quod facit deus
per se sine nobis et propter ultimum
quod idem sit deus propria bonitate
sit crux ut virtus crucis hoc intel
ligitur facere et hec virtus a
primo per totum sanctitatis intelligitur
procedere in sacramentum ps.
Aperis tu manum tuam et im
ples omne animal benediccione
libera enim manu largitur suas
benedicciones per ipsum hic tangit
trinitates in sacramento in diversis
et tamen apparatas operaciones Aug.

aut primo operacionem que est fi-
lii qui dicitur principium cum notitiam
mediam. Mediator autem v-
nus est dominus ihesus xpistus. j. Thy.
ij. Vnus mediator dei et hominum
ihesus xpistus per quem hec omnia sicut
per se ipsum mediante hec perfecta
sunt cum ipso hec attribuitur pre-
cise filio scilicet operatur redempcionis
opera vt consulens vocetur inter
patrem et filium sicut ipse dicit
Johannis vi. Quecumque pater
facit hec et filius similiter facit. Vnde
dicit pater autem in me manens
ipse facit opera. In ipso dicit propter
spiritum sanctum quia in illius bonitate
omnia perficiuntur. Et de ipso
propter complementum vnde Ro. xi. Ex
ex ipso et per ipsum et in ipso facta sunt
omnia. Ipsi honor et gloria in secula
seculorum. Est in deo patri in equa
prolacione fit cum calice crux
vt significetur auctoritas quam ipse
est auctoritas totius diuinitatis
omnipotenti autem dicitur quia omnia
habet vt in corpore mistico per-
ficiantur omnipotentia est dei patris
patri enim attribuitur omnipotentia
per se ab alio non vult esse sed a
se ipsa. In vnitate spiritus sancti et
fit crux per totum calicem vt
continentia spiritus sancti significetur.
ij. Cor. vlt. Communicacio spiritus sancti
sit semper cum omnibus vobis. Omnis
honor qui virtuti vt sepe dixi-
mus debetur et gloria que debetur

toti preconio trinitatis quia sicut
dicit Augustinus. Gloria est clara cum
laude notitia que sola clara est
in notitia sancte trinitatis. j. Thy.
vlt. Soli deo gloria et honor in
secula seculorum. Hoc autem dicit deus
vt dicit sanctus Augustinus est deus trinitas
per omnia secula seculorum laudabunt te
Amen autem hic chorus respondet
quia hec sacerdos propter sequencia pu-
blice dicit. Hec autem secunda est se-
creta que vt diximus ideo sub
silencio dicitur ne propter populum viam occa-
sionem ruine accipiat pandatur.
Quod autem quidam dicunt quod istud
secretum silencium significet quod dominus
cum discipulis habuit cum sermone
finito orauit tercio tercio non cre-
dimus et derisionem reputamus
quia nulla de hoc fit mencio
penitus in littera et ideo tales ex-
posiciones penitus dimisimus. Sed quia
sacerdos in deuocione permane-
at ideo silencium est et vt secre-
ta tamen id est illecebris non pandan-
tur ideo putamus quod silencium
illud et alia sunt ordinata. Cum
autem hic finita sit tota conclu-
sio canonis patet per hoc quod omnia
ad sacramentum pertinent scilicet quo
ad preparacionem materie quo
ad consecracionem sacramenti quo ad
eleuacionem oblatorum in mysterio rite
sunt perfecta que autem sequuntur ad
distribucionem pertinent et ad com-
munionem sacramenti sicut diximus
a principio cum canonem in par-
tes diuisimus.

Oremus preceptis salu. te
In hac conclusione presbiter sta-
stans ad aram cum confecto iam
pane celesti alta voce pmo
net omnes petere hunc panem
attendere quod in desidio prin
dui est cum desideratus cuius
nullus esset qui eundem esurientibus
dare posset Dicitur Tren. iiii.
Paruuli petierunt panem et non
erat qui frangeret eis Hoc
autem modo spirituale abenignit-
te
dum quod fuus quidem vobis si sacer
dotis manibus frangatur et dis-
tribuatur vnicuique secundum quod ipsum
oportet Et ideo ad excitandum
hoc desiderium sacerdos exaltat
vocem in hac oratione Et ideo
hic duo sunt excitat enim de
siderium ad petendum panem ce-
lestem Et dicit in communi Oremus
quod dicitur Iac. vlt. Multum valet
deprecacio iusti assidua atten-
dit benignitatis largitatis di
uine que defacili inclinatur ad
assensum orancium quia promisit
Exo. xvi. Mane saciabimini
panibus scietis quod ego sum
sum dominus deus vester Mane
enim exaudit ad vocem qui
sepe preuenit exaudiendo ipsos
petentes et orantes hac ergo
de causa clamat Oremus In
oracione autem duo facit primum
tangit orantis institucionem diuinam
ne temerarius iudicetur ita

te in peticione et conceptu diuinitatis
inducit oracionem In premissione in-
stitucionis duo facit alligat enim
alligacionem precepti et doctrine con
dit institucionem diuine de precepto
Preceptis salutaribus moniti precep-
ptum enim necessarie est obligacio-
nis hoc autem preceptum est Mat. vi. v-
sic dicit dominus Vos autem sic orabitis
Luc. xviii. Oportet semper ora-
re et non deficere Est etiam preceptum
apostolicum apostolicum i. thess. vi. Oraci-
instate vigilantes in ea Hec autem
precepta sunt salutaria quia oracio est
salutaris hominum ab omnibus ma-
lis Iac. v. Oracio fidei saluabit
infirmum et si in peccatis sit di-
mittentur ei Ysi Cap xviii°.
Cum pontifex oraret pro populo
dicitur sic de eo properans homo sine
sola deprecari pro populis profe-
rens seruitutis sue scutum oraci-
onem et per incensum deprecacionem
allegans restitit ire et finem
imposuit necessitati ondens
quoniam tuus est famulus Hoc sa-
lutari adorandum precepto moni-
ti et premoniti a domino benignis-
simo qui semper monet nos de sa-
lutaribus Hebre xii° Erudit nos
ad id quod vtile est in recipien
do et in sanctificacionem eius Ysa.
xxx°. Erunt oculi tui videntes
preceptorem tuum et audies verba
post tergum monentis Et diuina
institucione Tangit instruc-
cionem illius oracionis de pane ce-
lesti que diuine est auctoritatis
rest ipsius et nos formam hec

?formati diuina institucione hec
e instruccione que instituit nos
ut sciamus pete que conueniunt
ad salutem quia sicut d^r. Ro. viii.
Quid oremus sicut oportet nes-
cimus Ipse autem spiritus postu-
lat pro nobis gemitibus inenar-
rabilibus hec est docet nos postu-
lare et ideo Christus spiritu dei plenus
Sciens quid orare oportet ad has
orationis peticiones nos institu-
it et informauit et in hoc affectu
dixerunt discipuli ad dominum luc. xi.
Domine doce orare sicut Johannes
docuit discipulos suos et tunc
in discipulis omnes nos institu-
it ad hec oranda Sic ergo in-
stitute tam autentica disci-
plina audemus dicere vtique ne
sciencientes quid et a quo pete
debeamus ne nobis dicetur id quod
Math. xx. dicebatur filiis zebe-
dei Nescitis quid petatis ne
repulsam patiemur cum paulo
nesciente quid peteret. ii Corinth
xii. Et quia dignificati sumus
procedente huius officii sacrificacione
et sacrificii in quo deo oblati su-
mus oblacione non dicitur nobis
id ii. Math. v. Quod dictum est
de anthyocho in pessimo ora-
bat autem scelestus dominum a quo
non erat misericordiam consecutu-
rus. Sic ergo patri precepto et
institucione audemus dicere Pater
noster Inchoatur oratione duo dicuntur
scilicet captatio beniuolencie ad eum
a quo petitur id quod petitur et
ipse peticiones Peticiones ibi
incipiunt ubi dicitur Sanctificetur nomen
tuum Captacio beniuolencie duo-
bus Captamus enim beniuolenciam
allegando dulcedinem affectus eius
a quo petimus et allegando ho-
nestatem eo quod nichil nisi celes-
tia pete proponimus et bona que
bonus pater ex sua honestate
libenter a se peti desiderat et
hoc facimus dicendo Qui es
in celis primum igitur est quod di-
cimus captando beniuolenciam
a persona a qua petimus pater
noster. dicimus enim pater noster ut prin-
cipium orationis dulcescat In
nomine patris Sapie xvi. Sub-
stanciam enim tuam et dulcedinem
tuam quam in filios habes osten-
debas dulcissimum enim nomen est in
ore filii nomen patris Sed filius
in spiritu qui a patre procedit
filium nominet et inuocet pa-
trem Ro. viii quia estis fi-
lii dei misit deus spiritum filii sui
in corda clamantem abba pater Sic
in ore filii nomen patris mel
est sub lingua melos in aure
et in corde iubilus Sic filius
nominauit patrem. Marc. xiiii.
Abba pater omnia tibi possibilia
sunt Sic filius inuocans patrem
in spiritu dileccionis qui in filium
procedit a patre unius cum spiritu
dileccionis efficitur. i. Cor. vi.
Qui adheret deo unus est cum
eo spiritus Est autem pater nomen tam
nomen dulcedinis et dileccionis

s3 etiam formatiue virtutis
Virtus enim patris etiam naturalis
que ad dulcedinem nature distillat
in matricem que recipit guttam
dulcissimam et concipit habet in se
virtutem fortificatiuam que format
sanguinem matris in partum
et filium patris in hominem perfi
cit ad patris similitudinem per
fectam nisi obstet inequali
tas et inobedientia materie in
qua confirmacionem operatur Cu
ius autem hec virtutem ducit nomi
patris et ab hac virtute sit impo
situm constat quod nullus naturalis
pater hanc virtutem habet a se et per se
nisi ipse est primus istius tam no
bilis virtutis principium Et vir
tus hec est ymago quedam et
exemplum in hominibus et exem
plar primum et causa et arche
tipus est in primo patre sic
omne secundum virtutem suam accipit
a priori in ordine suo quod est
eius pater Secundum namque apostolum
ad Ephe. iij. Huius rei gratia
flecto genua mea ad dominum
patrem ex quo omnis paterni
tas in celo et in terra nominatur
quod verbum tractans beatus
Dyonisius dicit quod omnis pa
ternitas ex qua sunt dii et
homines patres et filii et patriarchia
est et filiarchia super omnes
patres eleuata Considerauit hoc
sapiens et pya mater vij fratrum
super modum laudabilis et bo=

norum memoria digna .ij. mach.
vij. dicens ad filios Nescio qua
liter in vtero meo apparuistis ne
que enim spiritum ego et animam do
naui vobis et vitam et sin
gulorum membra non ego
ipsa compegi Sed mundi cre
ator qui formauit hominis
natiuitatem quique omnium in
uenit originem et spiritum vobis
iterum cum misericordia reddet et vitam
Igitur secundum hoc primus pater deus
huius virtutis immaterialem
diuinam in omnibus et super omnes
immaterialiter nos ad suam yma
ginem formans et similitudinem
neque enim virtus perfecta est nisi
figuratam ymaginem perfectam
producat patris similitudinem
Sicut enim ymago optime lineis
congruis protractura sit ad
vultum per coniunctionem et ine
squalens et discolor colore de
bito carens et vita et spiritu non
dicitur esse perfecta virtus forma
tiua perfecta autem est quando congru
it et instituit impletione
proportionis decentis et colo
ris pulchritudine et inspiratus
hylaritate et vigore virtutum
et actibus et motibus et pulsibus
vite Hinc est quod non dicitur
faciamus hominem ad ymagi
nem nostram tantum s3 additur ad
similitudinem ut sic gerit y
maginem illius memorie in
telligentia et voluntate sit perfe
ctus similitudinem et hoc quod

memoria sit sine oblivione
noticiam dei retinens quidi
quedam immutabilitas eter-
nitatis et intelligencie plena luce
veritatis divine ignescentis et
candescentis Sicut dicitur de ea
Sap. vii. Ipsa est candor
lucis eterne et speculum sine
macula dei maiestatis et e-
manatio virtutis dei sincera et
ymago bonitatis illius et volun-
tas tota ardens desiderio ca-
ritatis paterne Ita quod cum apostolo
ii Chor. v dicimus urget nos
Et illud Ro. v. Caritas dei
diffusa est in cordibus nostris per
spiritum sanctum qui datus est nobis
et in corde nichil pulset nisi
vita dei patris ut dicitur Deutro-
nij. Vos qui adheretis vivi-
tis universi Verendum est enim
si tanta virtus patris degustata
dulcedinis sui cordis mor-
tuam formet ymaginem hoc
enim tamquam inutile aborti-
vum proicitur ne aspectibus hominum
proiciatur hoc intendit unicus
et naturalis filius qui omnibus
filiis indisciplinis dixit Joh.
xv Vos videbitis me quia
ego vivo et vos vivetis Joh.
v Sicut enim pater vitam in
semetipso sic dedit et filio habere
vitam in semetipso Congruen-
tas autem et venustas coloris est
in pulcritudine virtutis ut co-
lores sint angelis et illi de

quo dicitur Can. ii Ecce tu pulcher
es dilecte mi et decorus Vis
enim gloria mea et decor hym ps
est ab initio Judith x Cui
dominus contulit dominus splendorem
quia omnis ista compositio non
ex libidine sed ex virtute pen-
debat Spiritus autem spirans
in nobis sanctus spiritus est a patre
nostro in nos procedens sic in
omni in omni natura spiritus
naturalis filii procedit in ipsum
a patre unde Gen. ii Inspira-
vit in faciem eius spiraculum vi-
te Sic tota trinitas dicitur pater noster
Ysa. lxiiii Nunc domine pater
noster es tu nos vero lutum et fic-
tor noster et opera manuum tuarum
omnes nos sic et ps. Finxit
singillatim corda eorum et
intelligit omnia opera eorum
sic dicitur Eccli. xvii Quod deus de
terra fecit illum et secundum se vesti-
vit illum virtute hec ergo dicimus
cum dicimus pater noster. Noster enim
est si ymaginem eius premedi-
um qui dictus est perfimus
Unde de quibusdam qui ymagi-
nem eius non perfert dicitur in
ps. Filii alieni mentiti sunt
michi filii alieni inveterati
sunt et claudicaverunt a semitis
suis Alienus enim est in vul-
tu alieno quem carnis concupis-
centia formavit in voltum
meretricium carnalis feditatis
et corruptionis Bar. v. Non

qui filii carnis sunt estimantur
in semine divine suppleo Gen
xxi Ancillam et filium eius Non
enim heres erit tibi filius an-
cille tue cum filio meo ysaac
hunc est ut dicitur Gal iiii Non
sumus ancille filii sed libere con
cupiscencia enim ancille et pe
tulancia carnis semen dei de
formant in vultum alienum et igno
bilem Aliem etiam sunt qui cu-
piditate seculi transformantur in vul
tum mundi et dicuntur filii huius
seculi prudenciores filiis lucis
in generacione sua sunt sic fit
ut deplorat Jeremias in tren
ii Filii syon incliti amicti au
ro primo quomodo reputati sunt
in vasa testea opus manuum
figuli Splendor enim dei au
ri lucebat in vultibus filiorum
dei Nunc autem ex cupiditate
et ex ambicione horum conformantur
terrenis nichil proficere nisi
ut sint vasa testea et lutea
et opus manuum figuli qui
calcat lutum in luto et vasa fa
terrene cupiditatis Naum ii
facies omnium sic nigredo olle
Sunt iterum qui preferunt vultum
dyaboli de quibus dicit veritas Joh
viii Vos ex patre dyabolo estis
et opera illius vultis perficere hii
enim ipsa crudelitate ire et invidie
et accidie hoc est pigricie ad omne
bonum formam dyaboli assumpserunt

et sunt horribiles Job xli fa-
ciem eius precedit egestas de
omnibus hiis alienis faciebus
que deformaverunt faciem
celestis patris una est disima
Job xl ubi loquitur pater ad
unum et naturalem filium dicens
contere impios in loco suo
et absconde in pulvere et faci-
es eorum demerge in foveam
hoc est in baratrum perdicionis
eterne Omnes enim hii alieni
sunt de veris autem dicitur
filiis i Chor xv Qualis est
pater celestis tales sunt et celestes
sui filii Ergo sic portavimus
ymaginem terreni ita et porte-
mus ymaginem celestis Dic
igitur et tali virtute dicit pater in
de trinitas si ex virtute patris
formatur et vero filio eius
conformamur et in spiritu sanc
to inspiramur Qui es in
celis Captiva violencie est
ab honestate ex petite Ideo
enim dicimus qui es in celis
cum tamen sciamus quod ipse u-
bique est quia ubi est pater
ibi sunt bona que petuntur
ab ipso Significamus ergo
quod celestia bona in quibus
ipse refulget in celis pete-
re intendimus ab ipso hec omnia
libenter dat quia decet eum talia
dare et ita sunt conveniencia pe-
tentibus filiis et sunt mensura
bona nobis et sunt ditissima

facienda ⁊ exaltanciā filios.
Qꝛ enī hoc celi munus hoc
dare doceat pȝ ex hoc qꝛ
de paruis cogitare non est
magnifice sue libertatis quin
ꝯ ad filios h̅c significauit fili⁹
eius dixit terrena petentibus
Johannis xvj°. Vsqꝫ modo non
petestis quitquam in nomine
meo. Ac si dicat sic terrem
terrena vsqꝫ huc petistis q̄
in ꝯparacione celestiū non sunt
quitquā. Ꝟ est enī rex bea-
tus qꝛ assweru⁹ inscribitur
de quo dr̄ Hest. iij°. qꝛ largit⁹
est munera iuxta magnifi-
cenciā principalem hoc ē que
decebant magnificenciam
tanti ⁊ tam gloriosi prin-
cipis. Hec sunt ꝯferentia pete-
tibus ⁊ vtilia. Vn̄ dr̄ j. Cor.
xij. Vnicuiqꝫ datur manifes-
tacō. aut̄ spūs dr̄ donū qꝛ
patris spm̄ in ipsa dom ma-
nifestat vtilite hoc est qđ
Luc. xj. Si vos cū sitis ma-
li nostis bona data dare
filijs vr̄is quāto magis
pr̄ celestis sic dabit spiritū
bonū h̅c est donū spūs vti-
le petentibus se. Hec sunt ma-
nifesta ⁊ eterna bona quia ce-
lum est incorruptibilis
locus dei vt dicit philozophus
etiā s̄m om̄ opinione et
assercionē. Vn̄ pa. petri. j. Bn̄-

dictus deus ⁊ pr̄ dn̄i nr̄i ihū xp̄i
qui s̄m magnā miāz suaz
regenerauit nos in spē viuā
in hereditatē incorruptibilem
⁊ immarcescibilem ⁊ incontami-
nattam ꝯseruatā in celis. Hic
est qꝛ spe dns̄ dr̄ Math. v°.
Thezaurisate vobis thezauros
in celis vbi nc̄ erugo nc̄ thy-
nea demolitur vbi fures no
effodiunt necqꝫ furantur. Ꝟ di-
tissimos faciunt filios sic dr̄
j. Cor. j°. In omnibus diuites
facti estis in illo in omni v̄bo
in omni sciā ita vt nichil de-
sit vobis in vlla gra. Sic dr̄
ij. Palip. ix°. Qꝛ magnifica-
tus salomo diuicijs ⁊ gloria sup
omnes reges vniuerse terre. Sic
dr̄ de sirus ecci. xliiij. Omnes di-
uites in v̄tute pulcritudinis
studiū hītes h̅c sunt filij tan-
ti patris ad om̄em honorē pro-
mouencia ⁊ exaltancia. Gen.
xx. Tulit iacob s̄bam patris
sui ⁊ de illis facultatibus dita-
tus factus est inclitus. Ipi enī
infelices terrena pro celestibus
ꝯmutantes hanc s̄bam in
domo sui patris neglexerit
quam spūalis ⁊ sapiens pro-
meruit iacob et tollens eā
de manu patris inclitus honor
factus est. Sic enī gloria ⁊ honore
coronat filios ⁊ ꝯstituit eos sup
opa manuū suaꝝ sicut pr̄

Gloria enim et divitie sunt in do-
mo celesti et non in terrena
Ps. cxi. Merito sunt divitie
et opes superbe hoc est suprme
hoc est excellentes et omnes qui-
bus dantur in honore exulta-
tes. Basilicet nomen tuum hic prima
inti. vii. pretiosum. Nomen autem
quod hic signa sanctificari petimus
hoc est quod generat in nobis tantus
pater. Sicut enim homo generat
hominem et ipsa generatione sua
dat ei hoc nomen quod homo vo-
catur in veritate sic et homo est.
Ita pater deus generat deum et ipse
sua generatione dat nato quod
deus vocatur et est. Generat enim
nos parturiendo in nobis formam-
do suam deitatem et huius genera-
tionis semen est verbum
intellectui et gratia in affectu quod ut
sic generet ipse dicit Ysa. lxvi. Si
ergo qui generationem aliis tribuo
sterilis ero ipse dicit dominus quin-
que non ero sterilis. Sic autem a
deo patre formatur partus secundum
participationem divine ymaginis
et virtutis vere dicitur. Unde Johannes
x. Illos dixit deos ad quos
sermo dei factus est et est similiter
verbi quod sic est in generatione ho-
minis secundum naturam. Licet enim se-
men hominis receptum in ute-
ro factum est per effectum et operacionem
boni et efficacis seminis tunc id
quod factum est est et dicitur homo

Cum igitur sermo dei sit semen
dei quo verbum in effectu et opera-
cionem factum et perfectum est in opera-
cione verbi seminalis dei. Tunc
deo quod tali effectu et operacione fac-
tum et perfectum et constitutum est
dicatur deus secundum divine virtutis
participacionem. Vere enim deus est
qui participacione dei dicitur
sicut in ante habitis meminimus
nos dixisse. Sic ergo intel-
ligitur quod dicit illos dixi deos
ad quos sermo dei factus est
et non per solum scriptura ps.
Ego dixi dii estis et filii ex-
celsi omnes sic dicit moysi
Exo. vii. Constitui te deum
pharaonis. Sic etiam arguens
iudeos dixit. Quem pater
sanctificavit et misit in mundum
vos dicitis quia blasphemas
quia dixi filius dei sum quid
dicitis error et mendacium hoc dic-
tis. Per talem enim generacionem
conformamur filio quem pater sancti-
ficatum misit in mundum et filio-
rum dei nomen habemus in par-
ticipacionem deitatis et veri fi-
lii conformitatem. Unde dicit Ro. xiii.
Quos prescivit conformes fieri
ymagini filii sui hos et voca-
vit et quos vocavit illos et ius-
tificavit et quos iustificavit
illos et magnificavit et pau-

lo an dixit quos prescivit conformes
mes fieri ymaginis filij sui
vt sit ipse primogenitus in mul
tis fratribus hoc est quod dicit Ioh primo
canonica iii. Videte caritatem
dedit nobis deus vt filij dei no
minemur et simus hoc ergo nomen
quod domini et dei filij nominemur et
simus sanctificatur dominum et cum datur
et confirmatur et hic itum accipit
ad similitudinem nominis in na
ti nobis pro natum hoc est nomen
quod innascitur nobis propter hominem ho
minem primo influida natura
ex vtero profusum primo in mun
dum est et debile In mundum
quidem quia humorem vteri
in mundum sibi habet imbibitum et in
fusum vnde fedo humore hu
ment corpora natorum et stolido
si efficiuntur et molles valde propter
quod precipit sapiens medicus
quod corpora natorum sale aspergantur
vel aqua salsa vel sulfurea
nervo lavent propter exsiccationem
debilis etiam est in infantibus
humanitas et ideo paulatim cibo
solidiori de die in diem in dierum
continuum congruum est etati pri
pium confortari proprie donec
perfectis exsiccatione membris
et quantitate proficiunt homines et sui
prius accipiant virtutem digesti
to et exercitato fedi vteri humido

et membris per nutrimentum in so
lidum reductis adveniente per
omnem eundem modum mundatur
et confortatur in nomine nomen
dei adiuncta generacione nobis
ingenitum oportet enim in nobis
fedum exsiccari humorem concupis
centie quem ab vtero fedo con
traximus de quo dicit psalmista Ecce
enim in iniquitatibus conceptus sum
et in peccatis concepit me mater mea
Vnde dominus imperat quibusdam
non sic emundatis Ezechiel xvi.
Radix tua et generacio tua de ter
ra chanaan pater tuus amor
reus et mater tua chetea et cum
nata es in die ortus tui non
est precisus vmbilicus tuus et
in aqua non es lota in salu
tem neque sale sallita neque in
voluta pannis fedum enim se
men et humore concupiscentie flu
ens est de chanaan Vnde dan
xiii Semen chanaan et non iu
da species decepit te et concupiscentia
subvertit cor tuum et vterus pes
simus insania plenus est vte
rus chethee que insanies
iniquitatis et qui ab ipso profunditur
vterus ille continuam influit in
saniam si non gladio sencissime
districtionis prescidatur hic nec
die partus nec aqua bal
nei salutaris est lotus nec
sale sapientie sallitus nec pannis

sine flestus discipline involu
tus Et ideo quod sic natum est
totum est maledictum et immun
dum et nullo modo sanctificatum vel
emundatum Si autem lavatur aqua
salutari sacramentorum et lacrimarum
et salitur sale discretionis et spar
ditur ab utero gentilie per gladi
um severissime discretionis tunc
procul dubio excitatur et emundatur et
ideo sanctificatur quia sanctum idem
est quod mundum unde in figura huius
dicitur de maria Luce i. quod ex te
nascetur sanctum vocabitur filius dei
Et sic sanctificatur nomen dei quando
ab immundiciis id quod nobis de deo
innatum est emundatur sicut dicitur
Ezechielis xxxvi. Effundam super vos
aquam mundam et mundabimini ab
omnibus inquinamentis vestris psalmus La
vabis me et super nivem dealba
bor Confirmatur etiam de die
in diem donec perficiatur in motibus
et operationibus quod innatum est
in nobis de forma et nomine
divino quia non statim forma perficitur
quia a forma principiis nova
tur et ideo primo lac solidiori ci
bus ministratur et iterum post cibum
solidiorem et cetera deinceps donec
membra ad perfectas operationes
confortantur Et sic est in divina ge
neratione unde prima Io. iii. Ca
rissimi nunc filii dei sumus
nondum apparuit quod erimus ex
ipsa filiationis genitura quam
nondum perfecti sumus et sequitur
Scimus autem quoniam cum apparue

rit s. hoc quod ex dei genitura et filia
tione dei est in nobis similes
ei erimus in perfectione virtutis et
operationis et tunc videbimus
patrem in nobis sicut est per speculum
speciem tuam cum iocunditate di
cimus vel Deutro. xxxii. Da
te magnificentiam deo nostro dei per
fecta sunt opera tunc enim perficitur
ablactatus ad mensam patris
adducitur Gen. xxi. Capiens
solidum cibum sicut perfecta Hebre
orum v. Perfectorum est solidus cibus eorum
qui pro consuetudine exercitatos
habent sensus ad discretionem boni
ac mali Sic significatur nomen
dei in nobis quia sanctum est idem
in forte vel firmum Ys. xxviii.
Quem docebit scientiam et quem intel
ligere faciet auditum ablactatos
a lacte avulsos ab uberibus Et
dicit paulus i. Cor. xiii Cum
essem parvulus meditabar ut
parvulus sapiebam ut parvulus
quando autem factus sum vir evacuavi
que erant parvuli Sic ergo nomen
dei innatum nobis emundatur a pol
luentibus sanctificatur Et dum id quod
innatum est nobis ex dei genitura
confortatur nomen dei sanctificatur De
primo dicitur Ioh. xvii. Pater clarifica
nomen tuum invocatum est super nos
Ezechiel. xxxvi. Sanctificabo nomen me
um quod polluisti inter gentes et
hec est expositio litteralis quia dicitur sanctifi
cetur nomen tuum quod s. ingenitum
est nobis ex tua operatione generationis
sicut prius dictum nobis Levi. ultimo Sancti
estote quoniam ego sanctus sum deus

vt qui sanctificavit nos sic in
sancti sanctorum dicitur Luce i fecit michi
dominus magna qui potens est
et sanctum nomen eius Hec igitur est
literaliter exponendo petitio prima
Adveniat regnum tuum Regnum
dei sicut in aliis operibus sepe dixi
mus nichil aliud est quam per
fecta et consummata potestas ius
ticie divine in qua in nobis et
in tota ecclesia regnat deus quia
sic regnum a tullio et platone
et aristotile exponitur dicentibus
quod regnum est omnis finis legis
et ordinis distributiua pro perso
nis ad regnum pertinentibus hec enim
cum regno perficiuntur et consistunt
urbanitates animi et omnia regi
mina quod bonum civium et fines
intenti a legis latoribus et obser
vaciones legum et officiorum con
gruis personis distribuuntur
hec autem regnum tribus perficiuntur scilicet
essencialibus sive substancialibus vir
tutibus et operacionibus essencialia
regno et regi sunt ea que regem
faciunt et regem decorem perfici
unt in ipso et sunt tamen quorum
unum est ut iusticiam habeant per
animam ut sicut ipsa est princi
pium omnium motuum et operacionum
corporis Ita in anima iusticia
sit principium omnium motuum et
operacionum anime et nullas alias
in se senciat operaciones et insig
num huius datur regi corona Sap
v Accipient regnum decoris et
dyadema speciei de manu domini
Secundum est quod totis viribus iuris

et iusticie redeat intellectus regis
Ideo dicitur Hest iii Assuwe
rus qui imperat hebreus rex
secundum hunc sapientes scientes
leges et iura maiorum quorum
consilio omnia faciebat et insignum
regi datur purpura Unde de se
dixit rex optimus Job xxix
Justicia indutus sum et vestivi
me sicut vestimento Tercium
quod perficit reges est tranquillitas
iudicij recti et in signum huius
datur regi thronus et sceptrum
Thronus quidem pro tranquillitate
qua exequitur omne iudicium
Sceptrum autem quia cum iudici
um nichil aliud sit nisi exe
cucio iusticie omnia dirigat
datur sceptrum insignum huius dicitur
Ps Thronus tuus deus in se
culum seculi virga directionis vir
ga regni tui Primum horum regum
est in regis affectu Secundum est
regum in intellectu Tercium est
regum in effectu hec est igitur in
rege regum summa et perfecta Vt
autem regnum consistit in tribus scilicet ut
sit virtus et potestas supposita non
inclinabilis ad scabellaria
et conculcanda et in perfectiones
illorum et signum datur et ordina
tur regi pro ceteris omnibus sup
positis ad similia non
inclinabiles sed super in alto dig
nitatis iusticie consistens lex
autem prorsus ponitur ysa xxxiii
Qui ambulat in iusticijs
et loquitur veritatem qui proicit

iniquitate et calumpnia et excu-
tit manus suas ab omni munere
ne obturat aures suas ne
audiat sanguinem qui claudit
oculos suos ne videat malum
ille in excelsis habitabit. Proverbiorum
xx. Rex qui sedet in solio iudicii
in altis sedibus circa regem se-
dentes ex quorum scitu et iudicio
omnia discernuntur. Secundum quod per-
ficitur virtutis regis est inviolabili-
tas et incontradicibilitas implen-
di decreta et ad hoc dantur regi le-
giones et duces sicut dicitur ii. Regum xx.
Egressi sunt de Ierusalem cum Ioab viri
sui et Cerethi et Phelethi legiones
et omnes robusti ad persequendum
Syba. Cerethi enim interpretantur iu-
stificantes qui latrones et ma-
los regnum invadentes occide-
bant scuta protectionis et regnum.
Tertium quod totam virtutem regni
regit pietas potestatum qui ex of-
ficio suo libera servitute absque fictio-
ne contra malos intra regnum
existentes puniendum ne turba-
bantur cives in regnum ori-
untur. Ro. xiii. vis non timere po-
testatem bonum fac et habebis
laudem ex illo. Si autem malum
feceris time non enim sine
causa gladium portat vindex
enim est qui malum agit. Perfec-
tio autem operis regum consistit i-
bi quorum primum ut opus omne
publicum lege regulet et ad hoc
constituti sunt principes qui iuris
consulti esse dicebantur. Ysa. xxxii.

Princeps ea que digna sunt
principe cogitabit et non erit am-
plius is qui insipiens est prin-
ceps. Secundum est ut omne emer-
gens dubium consilio sapientum
determinetur et ad hoc dantur con-
siliarii sicut Cusi fuit apud
David. ii. Regum xv. preterea hoc impro-
perando dicitur Ysa. xix. Sapien-
tes consiliarii Pharaonis dederunt
consilium insipiens. Tercium autem
est ut omnem in plebe in populo o-
pera virtute formentur et sit ad
bonum vitam quilibet pro suo
modo vivendi ordinetur. Ysa.
lx. Populus tuus omnes iusti in
perpetuum hereditabunt terram. Germa
plantationis mee opus manus
mee ad glorificandum. Hoc est regnum
dei perfectum et talis distributio or-
dinata iustitie et virtutis et
operis sit sicut omnes qui in ur-
banitatibus eius studuerunt. Si
ergo iustitia nobis adveniet si vo-
iustitie divine illuxerit. Si tran-
quille in nobis iustitia dei re-
sideant. Si virtus dei altum
inclinabilis sit nobis. si invinci-
bilis et incontradicibilis a nobis
volitus sit. Ysa. Si altitudo dei
alta non inclinabilis sit nobis
Tercio divinitatem et humanitatem in xpo
admirando ad personalem unio-
nem sine nature confusione vel
conversione. Gen. xviii. Accelera mis-
ce tria sata farine etc. Tercio fecit
ei magna utilitate quo ad eam
ipsius operis s. incarnacionis
in quo fulget summa misericordia et hec
triplex primo quia summe dignitatis

sine detrimento / maiestatis dignitate
occultauit / et dignitatem diuinitatis ma-
nifestauit et in eo quod cum caro factum
est / Assumpsit deitas humanitatem
eternitas temporalitatem immortali-
tas mortalitatem Luce xviij Quic-
quid colonus factus es in terra et
quasi viator declinans ad ma-
nendum. Vel vir vagus et vir fortis
qui non potest saluare. Secundo via diuine
dilectionis / que quantum ad affectum
causantem effectum dilectio diuina
est tam mire et miseracionis ipsius
Ysa. lxiij. In dilectione sua et
indulgencia sua ipse redemit eos
et portauit eos et leuauit cunctis
diebus seculi. Osee xiiij. Diligam
eos spontanee quia auersus est
furor meus ab eis. Joh. iij. Sic
deus dilexit mundum ut filium suum
unigenitum daret pro mundo etc.
Tercio via humane saluacionis
quantum ad iusticia. Sed ex sola
diuina gracia sunt saluati alioquin
essent omnes in peccato hominis
condempnati. Ps. Saluum me fac
in via tua domine ne confundar
ipsum etc. et ita ubi incarnacionem
et humani generis redempcionem attri-
buit vie diuine dicens Et via
eius a progenie in progenies timentibus eum.
Et in fine Suscepit israel pue-
rum suum etc. Et mito in ipso
opere incarnacionis quantum ad
virtutem operantis commendabat
beata virgo ipsius operis magnificen-
ciam. Ps. Exaltata est magnificencia

tua super celos / quantum ad mo-
dum operacionis insinuet ipsius
operis misericordiam. Ps. Benigne
fac in bona voluntate tua domine.
Ps. Conuertere anima mea
in requiem tuam quia dominus
benefecit tibi. Et sanctum nomen
eius etc. Sensus et estimacio littere
secundum sanctos talis est. Qui potens
est et cuius nomen sanctum est. Quia
misericordia est a progenie in progenies
timentibus eum fecit in me magna
ista scilicet que predicta sunt. Ita videlicet
ut beata virgo misterium incarnacionis
sanctum ipsum factum circa ipsam et ex ipsa
non solum commendet et extol-
lat quantum ad operantis potestatem.
Quia fecit michi magna qui
potens est. Sed eciam quantum ad
operis sanctitatem et suauitatem cum addit
Et sanctum nomen eius. Et quantum
ad causam et finis bonitatem et
utilitatem cum subiungit Et via
eius a progenie in progenies ti-
mentibus eum etc. Et propter hoc dicit glosa super
Lucam Quod istud canticum in ...
predicta tria quibus titulatur beata vir-
go hic tres participaciones etc.
Nondum ergo circa hoc quod dicitur Et
sanctum nomen eius etc. Quid est sanctitas
loquendo proprie. Sanctitas ut dicit
Dyonisius de diuinis nominibus
capitulo xij. Est ab omni immundicia
est libera et perfecta et immaculata
mundicia etc. Ad cuius descripcionis
intelligenciam videndum est quid
sit mundicia. Mundicia est puri-

tas omnem excludens immu-
diciam abhorrens Erit autem
est duplex immundicia generaliter
distinguendo scilicet corporis et me-
ntis est etiam duplex mundicia
videlicet corporis et anime Immun-
dicia ergo corporis consistit in
eis que corpus viciant et
deturpant Ita ut aliemus sensus
ea advidendum abhorreat et
tractandum que sunt duo scilicet
vicium corporis et macula vel
defectus membrorum Immundicia
anime consistit in eis que spiritum
viciant et deturpant contra ad
intellectum que sunt duo scilicet con-
cupiscencia in virtute concupis-
cibili et malicia in virtute irasci-
bili. Mundicia vero corporis est
Mundicia ergo corporis est carere
macula et vicio vel defectu
in membris Mundicia vero anime
est esse purgatum in affectu a
concupiscencia et malicia et il-
luminatum in intellectu ab errore et
ignorancia ut affectum velud et
diffidet bonum vero repugnante
concupiscencia vel malicia et in-
tellectum videat intelligat verum
non obstante non obstante
errore vel ignorancia quia ut
in summa dicatur Turpitudo vel
feditas anime opposita mundi-
cie ipsius consistit in duobus scilicet
scilicet in viciis et errore et per consequens
mundicia ipsius consistit in duobus

error et ignorancia vel contra ad affectum
consistit duo scilicet concupiscencia in

videlicet in sapiencia et veritate Unde
ait dominus Glosa super illud Math
v° Beati mundo corde quoniam ipsum
deum videbunt etc. Mundi cor-
de sunt quos non arguit consciencia
peccatorum etc. Et hec vero est contra
ad mundiciam affectus a concupiscencia
et malicia et contra ad mundiciam
intellectus per fidem et cognicionem
dei ab errore et ignorancia Nam
ad videndum deum requiruntur
isti duo oculi videlicet oculus
affectus quem oportet esse purgatum
a sordibus et oculus intellectus
quem oportet esse illuminatum ab erro-
ribus Mundicia igitur que est
sanctitas secundum dyonisium nichil
aliud videtur importare in sua
significacione principali quam puri-
tatem ab impuritate elongatam
et separatam sicut est in sanctis angelis
et animabus beatificatis vel puritate
simpliciter ex se ipsa nulla impuri-
tate permixtam qualis est in
suo deo Et hec puritas sive mun-
dicia est illa sanctitas secundum quam ipse
deus dicitur sanctus sanctorum ut dicit dyonisius
de divinis nominibus capitulo xii. Nomen
autem eius de quo hic dicitur Et
sanctum nomen eius non est aliud nisi
hoc nomen dominus ysaie xlii. Ego
dominus hoc est nomen meum etc. de
quo primo premisit incipiendo
Magnificat anima mea dominum
Et hoc nomine de quo subiunxit
Et exultavit spiritus meus in deo
salutari meo Et hoc nomen salu-

tare in quo conclusit dicens
salutari meo etc. Haec autem tria
nomina dominus deus salvator licet sint
diversa quo ad vocem et modum
significandi sunt tamen unum nomen
quo ad rem significatam et propter hoc
textus dixit et sanctum nomen eius
et non dixit et sancta ~~nomina~~ nomina
eius sicut etiam dicitur In nomine
patris et filii et non in nominibus
trinitatis antiquorum nominum ex omni-
bus simul textus attribuit sancti-
tas ut dicitur scilicet dominus
scilicet deus scilicet salvator. Unde
sciendum quod secundum dictam diffinitionem
dyonisii que dicit quod sanctitas est
ab omni inmundicia et impudi-
tate libera et perfecta et inmacula-
ta mundicia etc. Tres sunt con-
dictiones sanctitatis quarum prima est
nullius servitutis subiectio que
innuitur in eo quod dicitur libera. Vere
enim sanctus est vere liber. Nulla
servitus. ij. Cor. iij. Ubi spiritus
domini ibi libertas quod proprie con-
venit deo domino divino. libe-
tas autem est esse sui iuris et sue
voluntatis quod summe est ipse
deus. j. Re. iij. dominus est quod bonum
est in oculis eius faciat. Ita
secundum philosophum libertas vivere ad se
ipsum non ad aliud. Secunda est
universalis dominatio que insinua-
tur in eo quod dicitur perfecta vere enim
sanctus perfecte dominatur sibi ipsi
et omnibus suis motibus et affecti-

onibus et per consequens aliis omnibus
Seneca. si vis omnibus aliis im-
perare primo impera tibi ipsi
Proverbiorum xvj. Vir qui domina-
tur animo suo melior est ex-
pugnatore urbium. Illis autem
dominatio summe convenit domino di-
vino atque dominatione nichil ex-
cipitur in mundo psalmus Domini est terra
et plenitudo eius etc. Hest. xiij.
Domine universorum tu es. Tercia
est irreprehensibilis regiminis
directio psalmus Virga directionis
virga regni tui etc. que di-
rectio innuitur in eo quod dicitur
Inmaculata hoc enim pertinet
ad sanctos irreprehensibiliter et si-
ne macula regere subiectos prima
Thess. ij. Vos testes estis
et deus quam sancte et iuste et sine
querela vobis fuimus etc.
Hoc autem summe invenitur in
regimine divine dominationis psalmus
lex domini inmaculata convertens
animas etc. quia alia translacio
expressius dicit lex domini
irreprehensibilis etc. Ergo
evidentiam est quod sanctum est nomen
domini quantum ad racionem divine
potestatis propter nullius servi-
tutis subiectionem et propter univer-
salem dominationem et propter irrep-
rehensibilis regiminis directionem.
Eodem modo textus dicit quod sanctum est
omnia videre et omnibus providere
et omnia se ipsa implere

rtiné etc. In quibus verbis tres
conditiones insinuat [illegible] deitatis
nostre que est deus verbi gratia primo ubis pro
uidencia in eo quod dicitur quod deitatis
est omnia videre iuxta illud ad hebre. v. Nonne quinque passeres
asse veneunt depondeo et unum
ex illis non est in oblivione
coram deo etc. Secundo generalis
influentia in eo quod dicitur quod di
uinitatis est omnia implere
ysaie xlix. Celum et terram
ego impleo. Tercio totalis con
tinencia in eo quod dicitur quod diui
tatis est omnia continere hester.
xiii. Tu fecisti celum et terram
et omnia que celi ambitu
continentur. Deitas igitur deitas
secundum quam nomen dei dicitur secundum attende
primo in eo quod omnibus liberaliter
sine defectione sive di
minucione psalmus Aperis tu ma
num tuam et imples omne animal benedictione.
Secundo in eo quod omnia implet
et replet condecenter sine su
peragnacione sap. vii. Nichil
inquinatum incurrit in illam
quia secundum philosophum causa prima
regit omnia preterquam quod commis
ceatur cum eis etc. Tercio in
eo quod omnia continet et sustentat
potenter sine sui fatigacione
sapie. xi. Quomodo posset
aliquid permanere nisi tu
voluisses aut quod a te
non esset conservaretur etc. Si
militer quoniam modo dici potest quod secundum
est nomen salvatoris quod innuit

rum dicitur salutari meo etc.
Nomen vero salutaris dei in
sacra scriptura ponitur in neutro
genere et substantive et sic personam
nam ihesu xpi sub racione sal
vatoris et salvacionis et sal
vacionis specialiter non accidentaliter
quoniam ipse est tota substantia salutis
nostre psalmus Et substancia mea
apud te est etc. Sic supius
dictum fuit et exemplificatum
ex multis locis sacre scripture
sic luc. ii. quoniam viderunt o
culi mei salutare tuum id est ihesum
xpm psalmus viderunt omnes terre
salutare dei nostri etc. Et hic
exultavit spiritus meus in deo
salutari meo id est in domino
deo meo ihesu xpo etc. Unde no
tandum quod secundum dyonisium de
divinis nominibus ca. viii.
Salus sive salvacio est di
uina bonitas omnia existencia
in propriis suis bonis salvans
et conservans et a casu ab ipsis
bonis liberans etc. Unde dyonisius
ibidem ponit differentiam inter
salvacionem et liberacionem in
eo quod salvacio proprie dicitur con
servacio in bonis habitis et exsisten
tibus liberacio vero dicitur erepcio
a malis bona diminuentibus
vel inficientibus. In deo igitur
nomen salvatoris est sanctum
quia ipsa divina salvacio et
liberacio est libera et pura et in
maculata que tria sunt con
diciones sanctitatis ut supra dictum

sunt. Est enim diuina salutacio
primo libera quia non depen-
det ab aliqua causa preter
quam a sola sua misericordia i pe. i.
Secundum magnam misericordiam suam
regenerauit nos in spem viuam
etc. Secundo est perfecta quia sal-
uat in corpore et anima et
liberat ab omnibus malis et de-
fectibus anime et corporis Johannis
vii. Totum hominem saluum
feci in sabbato. Tercio est incom-
prehensibilis et immaculata
quia non saluat neque liberat
ex meritis nostris vel iusticia sed
ex sola sua gracia et gloria ps.
Propter gloriam nominis tui libera
nos et propicius esto peccatis nostris propter
nomen tuum ps. Saluauit nos
propter nomen suum vt notum faceret
potenciam suam etc. Sta-
lla virgo in sua gratulacio-
ne de incarnacionis misterio
et de diuine dignacionis caritate
se beneficiis et de humane redempcionis
auxilio [illegible] dum
insinuando tali hoc. et lau-
dando in nomine domini dicit
potentem ps. potens es domine
et veritas tua in circuitu tuo
et in nomine dei sue necessitatis
prouidencia [illegible] Scit
enim pater vester celestis quid no-
bis necesse sit et in nomine salu-
taris huius salua[illegible] ps.
Saluasti nos de affligen-
tibus nos. Quarta diuina pro-

missa et exhibita patribus et filiis
Et misericordia eius a progenie
in progenies timentibus
eum etc. Sicut predictum est
construe vt sicut supra et continuacionem
vel potest referri ad precedencia
sub hoc sensu continuacio vel potest
referri ad precedencia sub hoc
sensu. Qui potens est ad
omnia facienda eciam sola
voluntate et cuius nomen sanctum
est ad confidendum in ipsius
bonitate et cuius misericordia est a
progenie in progenies ad
complendum de sue promissionis
veritate fecit michi magna
etc. Vel potest secundum glosam
referri ad sequencia sub hoc
sub hoc sensu Ille enim misericordia per-
manet ad saluandum elec-
tos a progenie patrum vsque
in progenies filiorum et a pro-
genie filiorum vsque in filios
filiorum fecit potenciam in brachio
suo etc. Et dispersit superbos
mente cordis sui etc. Depo-
suit potentes de sede et ex-
altauit humiles in progenie
patrum et filiorum secundum id ps. Misericordia
domini ab eterno vsque in eternum
super timentes eum Et ius-
ticia illius in filios filiorum
hiis qui seruant testamentum
eius etc. Ad intellectum horum [illegible]
versiculi secundum sensum et continuacionem
glose Notandum est quod triplex est
misericordia quorum distinguitur

nemt ad psentem intencionem
videlicet vnica proposuit humano
generi in primo Adam dampnato
ipsum reparare et saluare In secundo
adam i. xpo Ad Ephe. Iº p
destinauit nos in adopcionem
filiorum per ihesum xpum secundum proposi
tum voluntatis sue Et est
vnica complaciti et exhibicionis
vt qua complacuit deo vt ipse
proposuerat et promiserat tam
saluacionem humani generis suo
tempe exhibet Luc. xij Noli
te timere pusillus grex quia con
placuit patri vestro dare vo
bis regnum et est vnica beneplaciti
citi et adimplecionis quia
deus salutem quam in xpo omni
bus obtulit et exhibuit so
lis electis per spiritum sanctum contu
lit et confirmauit Ad Ephe. Iº
In xpo credentes signati es
tis spiritu promissionis in spiritu
sancto qui est pignus hereditatis
nostre in redempcionem acquisicio
nis nostre In laudem glorie gra
cie ipsius etc. Nondum et
quod est duplex progenies
scilicet secundum carnem solum sicut
ysmahel est de progenie
Abraham et esau de progenie
ysaac et abraham et est pro
genies secundum promissionem
et fidem promissionis sicut
ysaac est de progenie abraha
et iacob de progenie ysaac
et abraham Obmissa ergo pro

genie secundum carnem solum
quia vt dicitur Galath. iijº
Qui ex fide sunt hii sunt filij
Abrahe etc. Nondum quod distin
gui possunt tres progenies
secundum promissionem et fidem
promissionis de salute in xpo
iuxta tria tempora videlicet iuxta tempus
extra legem et sub lege et
sub gracia Vna itaque propo
sui et promissionis de salu
te in xpo permansit patribus
ante legem in sua veritate firma
et rata Iuxta id psalmista Insinuatorem
et cognicionem vitas tua etc. Quod autem
sub testificacionibus signis diuine in
spiracionis et allocucionis sicut
legitur de enos quod iste incce
pit inuocare nomen domini Gen.
iiij. et de Enoch qui ambula
uit cum deo et sustulit eum deus
vt legitur ibidem et de Noe quod
erat vir iustus et perfectus in
generacionibus suis et ambulauit cum
deo et apparuit ei deus et sibi
diluuium indicauit et de archa
facienda et de preceptis indicijs
et iusticie et sacrificijs et obla
cionibus et mandatis vt legitur
Gen. vj. et vij. et viij. et ix. et
de incepcione abrahe fuit ipsa
promissio sub fide circumcisionis
cum iuramento renouata vt
dicitur Gen. xxij. Eadem quoque vnica
proposicio et promissionis de sa
lute in xpo permansit in sua
veritate firma et rata patribus
sub lege et hoc sub signis et tes
tamento date legis Iuxta i

ad Ro. xv. Dico ihm xpm mi-
nistrum fuisse circumcisionis pro
veritate dei ad confirmandas
promissiones patrum et ceteram
ecclesiam vero complaciti et exhibitionis
de ipso xpo reservata est et
opere adimpleta in tempore gra-
cie aplis et credentibus in xpo
iam de virgine nato et illis qui
eum viderunt exhibito et ma-
nifestato de qua exhibitione
et adimpletione congratulatur beata
virgo in figura Judith xiii Lau-
date dominum deum nostrum qui non
deseruit sperantes in se et in
me ancilla sua adimple-
vit misericordiam suam quam promi-
sit domui israel etc. Circa autem
beneplaciti et impletionis sive
consummationis ad salutem in xpo
et per xpm finaliter obtinenda
est in electis et iustificatis effi-
cacie consumata per Memento nostri
domine in beneplacito populi tui vi-
sita nos in salutari tuo ad
videndum in bonitate electorum tuorum
etc. et quia ut predictum est
progenies antiquorum ante
legem et sub lege estimata
est et computata a generatione in
generationem dupliciter videlicet vel secundum
carnem tantum secundum quem modum
etiam illi qui declinaverunt
ad ritum gentilium et domui israel
nescivierunt neque voluerunt in
generatione abrahe computati sunt

et divisionem terre in sorte a domino
acceperunt ut legitur Deutro. 2o.
Non dabo vobis de terra filiorum
esau quantum potest unius pedis cal-
care vestigium quia in possessionem
esau dedi montem seyr etc.
vel secundum promissionem et fidem
promissionis cum de quo dicitur Gen.
xxi In ysaac vocabitur tibi
semen Et xxii In semine tuo
benedicentur omnes gentes scilicet
in semine ysaac et iacob et
filiorum eius qui permanserunt
in cultu et timore unius dei
celi et terre ante legem et circumci-
sione et in lege de quibus
intelligitur quod addit timentibus
eum quia illi soli de semine
abrahe viventes secundum pro-
missionem voluerunt et timue-
runt dominum iuxta illud deutro. x.o
Congrega ad me omnem populum
ut audiant sermones meos
et discant me timere omni tempore
etc. Timentes igitur dominum dicitur hic
generatione sive progenie illorum
qui sive ante sive sub lege
in spe et fide patrum de salva-
tore venturo in cultura et tio-
re dominum dei israel finaliter perma-
serunt qualis fuit Symeon
de quo dicitur Luc. ii. Et
erat homo iustus et timora-
tus expectans redemptionem
israel quibus promissio et
exhibitio et adimpletio eum

effcm reseruabat tamen effcar
exhibenda et adimplenda pa-
tribus in filiis scilicet in apostolis et
credentibus ps pro patribus tuis
nati sunt tibi filii scilicet prophe-
tis ante legem et sub lege
nati sunt .i. apostoli de primis ip-
sorum progenie secundum carnem
et secundum fidem quia patribus fac-
ta fuit promissio apostolis vero
exhibita et impleta Iuxta
illud act xiii Nos ad patres
nostros repromissio facta est hanc
deus adimplevit filiis nostris etc.

Qualiter xpo nato dispersa est
superbia synagoge

Fecit potentiam in brachio etc.
Quarto nota secundum versiculi precedentis
tis modi dominum proposita et promissio-
nes de xpo facte patribus dominum cole-
ntibus et timentibus ad impleta sunt
per xpm et in xpo Ita quod dominum ve-
re colentes et timentes sunt de sua
humilitate elevati et exaltati et de
paupertate sua ditati et saciati de
qua vera cultura dei dicit Iohannis
iiii Veri adoratores adorabunt
patrem in spiritu et veritate etc. et
econtrario dominum neque vere deum colen-
tes neque timentes pro sua su-
perbia sunt dispersi et a sua potestate
deiecti et vacui et inanes re-
licti Ista ergo ordine congruenti
spiritu prophetico et sensu mis-
tico declarat dicens fecit potentiam in
brachio suo Ubi videndum est
de quibus superbis et potentibus

et divitibus loquatur et de quibus
humilibus et esurientibus Notandum
ergo quod sicut supius dicebatur
beata virgo in hac parte huius
cantici sive cantica in suo
contemplationis iubilo spiritu
prophetico et sensu mistico ondit
subsecutam ad ubi maternam
synagoge deiectionem et ecclesie
erectionem et exaltationem de qua
dicit ps Confitebor tibi in ecclesia
magna in populo gravi laudabo
te Ubi sciendum quod iudei carnales
populus israheliticus de lege sibi
data et ab eis secundum solam
literam in sola iudea deus Iuxta
id ps Qui annunciant verbum
suum iacob iusticias et iudicia sua
israhel Non fecit taliter omni na-
tioni Spiritualem vero et misticam
secundum legis non sentiebant nec
senciant primo de perfectione
sua ad docendum quod ut lex
nichil restauret in legem
telligendum Iuxta id Deutero-
nomio Ecce populus sapiens et in-
telligens magna etc. Secundo
gloriabantur de perfectione potestatis
ad faciendum legem putantes
sine gratia omnia ex lege et per legem
literam se posse ad salutem perfi-
cere Deutro v Non est alia
natio tam grandis que habe-
at deos appropinquantes sibi sicut
adest nobis deus noster Tercio
exultant de sufficiencia iusticie
adimendum putantes sua legalia
lia et cerimonialia et iusta iudi-

nia et vniversam legem. Sed littera sola legis erat defectiva quantum ad intellectum veritatis. Unde dicitur ii. Corinth. iii. Usque in hodiernum diem cum legitur Moyses velamen est positum super cor eorum etc. Augustinus contra Faustum. Tolle Christum et legis intelligencia quantum tum stultum et insipidum sicut legitur littera. Similiter sola legis opera erant defectiva quantum ad profectum iusticie et virtutis, ut intelligitur de opere operato quod de legis opere operato intelligitur. i. ad Roma. iii. Ex operibus legis iustificabitur omnis ~~put deum. Eodem legalis iusticia erat defectiva quantum admi-~~ caro coram deo etc. de opere vero operante dicitur Ro. ii. Non auditores sed factores legis iustificabuntur apud deum. Eodem modo legalis iusticia erat defectiva quantum adiutorium salutis. Ro. iii. Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis etc. Mt. v. Nisi habundaverit iusticia vestra plus quam scribarum et phariseorum non intrabitis in regnum celorum. Talis igitur erat superbia et tales erant illi superbi gloriantes in sola legis littera desufficiencia sue sciencie secundum litteram ad docendum que nulla erat sine spirituali sciencia intelligencia et sufficienti virtutis gracie ad opera perficiendum que erant infirma sine gracia

Et desufficiencia legalis iusticie ad merendum que non proficiebat nec sufficiebat ad premia celestia. Propterea deus legislator fecit potenciam i. opus potencie in brachio suo id est in christo filio suo in quo opere potencie in christo et per christum dispersit predictorum superborum superbiam. Notandum ergo quod id opus potencie fuit triplex. primo opus potencie dantis intelligenciam ad legem ad exponendum et supplendum. Unde dicitur Mt. viii. quod pharisei et legislatores mirabantur super doctrina christi que erat docens in synagogis sicut potestatem habens glosa. Non sicut doctores iudeorum ad solam litteram exponentes. Sed sic dominus legis habens potestatem interpretandi legem et supplendi addidit spiritualem intelligenciam. Luce ultimo. Et incipiens a Moyse et omnibus prophetis interpretabatur illis scripturas de omnibus que de christo erant etc. et supplendo addidit perfectionem et sufficienciam. Mt. v. Audistis quia dictum est antiquis. Non occides. Ego autem dico vobis etc. Secundo opus potencie dantis graciam ad perficiendum legis observanciam quia ut dicitur Ro. iiii. Lex iram operatur. Glosa. Quia lex sine gracia ad faciendum non constituit factores legis sed transgressores. Tercio opus potencie promittentis et dantis observatoribus legis mercedem

et addedi interpretationem

et vitam eternam Ro. viii. Nec
enim promisit deus potens
est et facere Isto triplici in ope
diuine potencie deus pater
in brachio i. filio suo domino
ihesu christo dispersit perditos su-
perbos perdicti triplici superbia
superbientes et gloriantes in
sola et nuda legis littera Filius
enim est brachium patris quia
sicut brachium est medium membrum
quod a virtute cordis mouetur
minimus ad operandum Ita filius
est brachium patris ad diuina opera
ad perficiendum quia omnia per
ipsum facta sunt Est autem filius
brachium patris triplex Primo
brachium virtutis ad dispergendum
et destruendum iniquos ps. In
brachio virtutis tue dispersisti in-
imicos tuos Secundo brachium
salutis ad eripiendum et saluandum
iustos ysaie xxxiii. Esto
brachium meum in mane et
salus mea in tempore tribulacionis
Tercio brachium inspiracionis ad
congregandum et conseruandum dis-
persiones ys. xl. In brachio
suo congregabit agnos et
in sinu suo leuabit etc. dispersit
superbos etc. De iusta dispersione
loquitur de qua dicit psalmista
Disperge illos in virtute tua
et depone eos protector me-
us domine etc. Et subiungit tamen
et modum dispersionis et de-
posicionis ipsorum dicens delic-
tum oris ipsorum etc. scilicet quo de-
liquerunt in ore suo dicentes

Iohannis ix. Nos moysi discipuli
sumus Et scimus quia moysi
locutus est deus hunc autem
nescimus vnde sit Sermonem
labiorum ipsorum etc. scilicet quo sermone
dixit id ps. linguam nostram
magnificabimus labia nostra
a nobis sunt quis noster dominus est
Et sequitur de ipsorum pena et
comprehendantur in superbia sua
scilicet quia virum legislatorem non
receperunt sed eius legi et sermo-
nibus contradixerunt Ioh. i. In pro-
pria venit et sui eum non re-
ceperunt etc. dispersit igitur super-
bos perditos scilicet Iudeos in sua
legis littera gloriantes et confiden-
tes et putantes neque locum
neque gentem neque sanctificacionem
legalem vmquam dispergen-
dam et abolendam contra illud
Ie. vii. Nolite confidere in verbis
mendacii dicentes templum
domini templum domini templum domini id est
locus ierusalem et gens iudaica
et sancta sua legalia domini sunt et
numquam dispergenda et abolen-
da quorum tamen mendacium erat quia
primo a nabuchodonosor
Secundo et vltimo a romanis lo-
cus et gens et sanctificacio templi
irreparabiliter sunt destructa iux-
ta Daniel. ix. Ciuitatem et sanctua-
rium dissipabit populus cum du-
ce venturo et finis eius vasti-
tas etc. Et ita factum est quia
populus romanus cum veniret
in ierusalem duce tyto et dissi-

pabit ciuitatem et templum po
suit desolatum usque hodie
et in semper(ite)rnum Et hoc est quod in
predicto psalmo subiungit dicens
et de execracione qua scilicet xpistum
execrati sunt dicentes Iohannis
xviii Si non esset hic male
factor tibi non tradidissemus eum
etc. Et mendacio quo dixerunt
Luce xxiii Hunc invenimus
subvertentem gentem nostram etc.
quod fuit mendacium quia non
gentem subvertit sed convertit
Ier. tocius bona ultro spiritu propheti(co)
premunitus Ita quod sic postmodum
factum fuit cum dicit dispersit super
bos etc. Et modum superbie eorum
exprimit dicens mente cordis
sui etc. Nam predicta eorum su
perbia non consistebat neque
apparebat in habitu exterio
ri ut in veste vel in actu aut
gestu quia in hiis simulabant
humilitatem et religionem Iuxta illud
Mathei xxiii Ve vobis scribe
et pharisei ypocrite quia foris appareti(s)
hominibus iusti intus autem plen(i)
estis ypocrisi et iniquitate etc.
Sed intus in mente cordis
id est in estimacione et voluntate per
versa ipsius mentis latebat
eorum superbia de excepcioni et
singulari legis observancia que
iam omnia sunt dispersa et de
structa quia nec locum nec gen
tem nec sanctificacionem suorum le
galium habent simul coadunata
Sed per totum mundum vilia et
debiles hinc inde dispersa.

Qualiter xpisto nato de potencie
De synagoge potencia

Deposuit potentes de
sede et exaltavit humiles etc.
Supra in versu precedenti propheta
criminando innuit dispersam
esse per verba incarnacionem et
manifestacionem synagoge
superbiam. Nunc consequenter innuit
depositam esse ipsius syna
goge potenciam et ecclesie humi
litate exaltatam dicens de
posuit potentes de sede etc.
Unde de hiis sermonibus primo vi
dendum est scilicet de synagoge
potencia et de sede potencie
et de deposicione a sede potencie
sue. Dicendum ergo quod nomine po
tentum hic potest intelligi po
testas et dignitas principatus
Iudaici qua olim florebat
Adhuc stante loco et gente
et sanctificacione suorum legalium
et ceremonialium etc. Haec potestas et
dignitas eorum erat triplex
scilicet regalis et sacerdotalis et
prophetalis Sed ergo instante eis
primo ex odio loci et gentis
dispersione et templi destruc
cione sub Nabuchodonosor
Reges et sacerdotes et falsi
prophete temporum quibusdam temporibus
et spiritualibus potentes suis metue
runt sui regimini et sacerdocii dis
persionem et destruccionem et
loci desolacionem de quibus

eorum propter dicitur Mich. iii°
Principes eius in muneribus iu-
dicabant et sacerdotes eius in
mercede docebant et prophete
eius in pecunia divinabant etc.
Vnde sequitur statim destruc-
cionis ipsius prophecia quia quo-
dam subdit propter hoc Syon
quasi ager arabitur et mons tem-
pli erit in excelsa silvarum
etc. Ita eciam imminente suo
excidio sub romanis princi-
pibus vespesiano et tyto princi-
pes iudeorum in muneribus iudi-
cabant quia ut legitur in hys-
toria scolastica principatum
sacerdotii emebant et conten-
debant armatim assidentibus
Romanis alter alterum suppla-
tantes et in mercede docebant
sacerdotes statuentes in tem-
plo suo ementes et venden-
tes nummulariorum et kathedras
vendencium columbas ut legitur
Luc. xx°. Item Mt. xxi. Et
Iohannis ii°. licet ante circa tempus
Christi imminente iam de pro-
ximo dissipacione gentis
et legis iudeorum prophete veri et
fideles prophetare cessaverunt
Iuxta illud Proverbiorum
xxix°. Cum defecerit prophe-
cia dissipabitur populus etc. Et
adveniente luce evangelii
cessavit umbra legis et per
tanto lex et prophete usque du-
raverunt nisi ad Iohannem Cum
iam non erat necessaria umbra

legis revelata ymagine
veritatis nec velamen prophecie
Iohanne iam digitto ad
oculum demonstrante illum
quem lex obumbravit et
prophecia velavit Nichilomi-
nus gens iudeorum recurrentes
et ad calamos conquassatos
loco scipionis se tenentes fal-
sos prophetas et insanias fal-
sas cum tunc imminencia pe-
ricula sue genti infelici et
in anxietate parturirent sicut
fuerunt Theodas et Iudas ga-
lileus ut legitur Actuum v.
Qui pretextu gentili et solucionis
tributorum in favorem liber-
tatis gentis et legis Iudayce quasi
divino oraculo et prophetaculo
contendebant Sed non proficie-
bant ymo usque ad extremum
exterminium cum suis sequaci-
bus deficiebant Est ergo secundum
predicta triplex sedes de qua hic
dicitur Deposuit potentes
de sede etc. videlicet prima sedes
que erat thronus Regalis
iii°. R. x°. dicitur quod helý sede-
bat super sellam contra viam
spectans Et primo R. vii. dicitur
de Samuele quod in Ramatha
erat erat domus prophete et ibi
iudicabat israel etc. Et iiii. R.
iiii°. Vir iste sanctus est faciamus
ei cenaculum et ponamus sibi
in eo lectulum et mensam et

sellam etc. Non aut sedis
pertinet tamen primo eminencia
dominantis iii° Re. ii°. Salomon
sedit super solium regis Et in
gressi servi regis benedixerunt
domino etc. Secundo presidencia iudi-
cantis Prov. xx°. Rex se-
dens in solio dissipat omne
malum intuitu suo Tercio pro
videncia gubernantis ps. Se-
des tua deus in seculum seculi
virga directionis virga regni
tui. De hac quoque triplici sede
iudeorum gens est deposita eo
quod non cognovit tempus visitationis
sue quia ut dicitur Dan. iii°
Non est in tempore hoc neque prin-
ceps neque propheta nec dux nec
sacrificium nec holocaustum populo
iudeorum et per consequens neque emi-
nencia principis dominantis ne-
que presidencia sacerdotis iudi-
cantis neque providencia pro-
phete gubernantis ipsum populum
Sed depositi sunt de sede thro-
ni regalis et de sede cathedre
pontificalis et de sella sive do-
mo cure prophetalis iuxta illud Osee
iii°. Sedebunt filii Israel multo
tempore sine rege sine princi-
pe sine sacrificio et sine altare
etc. Exaltavit humiles etc. Isti
humiles sunt de quibus dicit psalmista
Et humiles spiritu salvavit etc.
Vel intelligere de humilitate fi-
delium credencium in Christum de
quibus dicitur i Cor. i. Videte

vocationem nostram quia non
multi nobiles neque potentes
neque sapientes secundum carnem sed
infirma huius mundi elegit deus
ut confundat fortia etc. quia
deus voluit fidem christianam
in mundo seminare et crescere
ac fovere non per secularem po-
tenciam Sed elegit infirma
huius i Cor. ii. Ego fui in infirmitate
et timore et tremore multo fui
apud vos Neque prudenciam
sapienciam sed elegit stulta hu-
ius mundi i Cor. ii°. Non veni
ad vos per sublimitatem sermo-
nis aut sapiencie nec iudicavi
me aliquid scire inter vos
nisi ihesum christum et hunc crucifixum
neque preclarum rerum habundanciam
Sed elegit destituta et despec-
ta huius mundi i Cor. iiii°.
Tanquam purgamenta huius
mundi facti sumus omnium peripsima
usque adhuc Tales enim fuerunt
et talibus mediis et instrumentis
utebantur primi seminatores
et plantatores fidei christiane cre-
verunt et ad se traxerunt mun-
danam potenciam sua infirmitate
mundanam sapienciam vitalis
simplicitate Mundanam habun-
danciam spiritus paupertate hos
itaque et huiusmodi humiles deus
exaltavit quia fecit eos ut
dicitur i Petri ii. Genus electum
regale sacerdocium gentem
sanctam populum acquisitionis.

Apok. v. Fecisti nos deo nostro
regnum et sacerdotes et regnabimus
super terram etc. Tunc enim iudei de-
positi de sede sive potentie
et superbie et observantie legalis
et carnalis facti sunt gens non
sua Psalmus Disciplinam meam
de gente non sancta et gentibus
non reproba Malach. primo
Non est michi voluntas in vobis
dicit dominus quia destructum et con-
tritum est regnum iudaicum
Tren. ii. Polluit et contrivit
regem eius et principes eius et
pollutum est eorum sacerdotium
Malach. primo Polluistis nomen
meum dicentes Mensa domini
contaminata est et quod ei supponitur
contemptibile est cum igne qui
denotat etc. Qualiter christus ex-
pectatores preciperit sunt refecti et
Esurientes bonis repleti
Esurientes implevit bonis et
divites dimisit inanes Ad
sciendum qui sunt isti esurientes
de quibus hic loquitur Nota-
dum quod tunc esuries sit appe-
titus refectionis et restaura-
tionis deperditi a corpore vel
consumpti Sic ergo diversificatur
defectus et consumptio Ita refectio
et restauratio refectio vero sive
consumptio fit tribus de causis
videlicet a morbo a labore et
a senectute que est vitium de-
fectus ex tempore quia in tempore etc.

tempore omnia veterascunt et defici-
unt ut dicitur ad Hebr. viii. Quod
antiquatur et senescit prope interi-
tum est. Patres igitur ante legem
et sub lege dominum colentes et ti-
mentes cum sentirent et
viderent se in triplici defectu
vere salutis et sanitatis anime primo
ex morbo peccati a primis parentibus
contracto Eccli. xl. Grave iugum
super filios Adam a die nati-
vitatis eorum usque in diem exitus
eorum in matrem omnium etc. Secundo
ex labore et opere in lege natura-
li et mosaica frustra peracto
Ysaie primo Neomenias vestras
et sabbata et kalendas odit
anima mea Incensum abho-
minatio est michi etc. Tercio ex lon-
go tempore in naturali lege et moy-
saica inutiliter transacto Psalmus De-
fecerunt oculi mei in eloquium
tuum dicentes quando consolaberis
me etc. Ex predictis patet quod ex de-
fectione triplici patres esuriebant
id est desiderabant ad modum esuri-
entes appetentes et optantes
refectionem et restaurationem primo
contra morbum peccati a primis pa-
tribus contractum qui sub Christo herbe-
ras adhuc in vita existibus
lumen non dum revelate fi-
dei addiviam cogitationem iuxta
illud Amos viii. Mittam famem
in vobis non famem panis
aut sitim aque sed famem au-

dicendi verbum dei etc. Ad Gal. iij. Priusquam veniret fides sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem que revelanda erat. Secundo contra laborem in operibus legis frustra pactum quia ex eis non consequebantur virtutem ad salutem. Roma. iij. Ex operibus legis non iustificatur omnis caro coram illo. Tercio contra tedium in longum tempus iam tractum et consummatum quod retardabant salutis adepcionem. Ps. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum dicentes quando consolaberis me. Ista triplici fame patres adventum Christi laborabant esurientes id est admodum esurientes deficientes et refeccionem et restauracionem desiderantes cottidie et optantes. Ps. Numquid in eternum proiciet nos deus et non apponat ut complacitior sit adhuc aut in finem misericordiam suam abscindet a generacione in generacionem etc. E contrario vero alii cum legem et sub lege nondum scientes nec colentes nec timentes nec defectum misere humane in seipsis recognoscentes estimabant et credebant se tamquam sibi ipsis in omnibus sufficientes et nullam ad salutem veniam et perpetuam indigentes. Et isti sunt illi divites de quibus dicitur Luc. Et divites dimisit inanes. Ps. Qui confidunt in virtute sua

in multitudine diviciarum suarum gloriantur etc. Gloriabantur enim tales in operibus tamquam in suis diviciis. Primo in lege nature que tamen ad salutem eorum deficiebat. Ysaie. lxiiij. Omnes iusticie nostre sicut pannus menstruate coram te etc. Secundo in lege condicionis moysaice que tamen ad salutem sine gracia non perficiebat. Ad Galath. iij. Quia in lege nemo iustificatur apud deum manifestum est quia iustus ex fide vivit. Tercio in observancia legis utriusque quarum neutra sufficiebat. Ad Roma. iij. Causati sumus iudeos et grecos omnes sub peccato esse sicut scriptum est Non est iustus quisquam non est intelligens nec requirens deum. Omnes declinaverunt simul non est qui faciat bonum etc. Esurientes itaque predictos id est desiderantes et sperantes et expectantes in fide et spe primum refecit quia predictos defectiones suum incarnatum implevit. Primo bonis reficientibus eorum defectum culpe ac pene et hoc in graciis sacramentalibus. Ps. Aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate etc. Ad Roma. vij. Infelix homo quis me liberabit de corpore mortis huius. Gracia per ihesum christum etc. Et ibidem viij. Nam quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem deus mittens filium suum in similitudinem

carnis peccati de peccato dampnavit
peccatum in carne ut iustificacio
legis impleretur in nobis etc.
Secundo replevit eos bonis profi-
cientibus et sufficientibus contra defec-
tum et iusticie et hoc in graciis
et donis spiritualibus Ad Ro. v. ubi
habundavit delictum superhabun-
davit et gracia ut sicut peccatum regn-
navit in morte ita et gracia
regnet per iusticiam in vitam
eternam per ihesum christum Tercio adim-
plevit eos bonis perficientibus
contra defectum miserie et hoc in graciis
finalibus et glorie dotibus ps. Animam
esurientem saciavit bonis ps.
Saciabor cum apparuerit gloria tua
ps. Repleti sumus in omnibus
diebus nostris letati sumus mane
misericordia tua in gloria in resurreccione
exultavimus et delectati in omnibus
diebus nostris letati sumus pro diebus
quibus nos humiliasti annis quibus
vidimus mala etc. ps. Notas michi
fecisti vias vite Adimplebis
me leticia cum vultu tuo delectaciones in dextera tua sunt
usque in finem Et divites dimisit
inanes etc. Non quod non dicit quod di-
vites exinanivit sed quod existentes
vere vacuos per se et ex se Ita dimi-
sit inanes id est non implevit
bonis sicut esurientes qui illi pro-
pter divites se esse estimando ex
se sufficientes ut ipsi fuerant in-
anes Erant autem inanes et

vacui tripliciter Primo vacui et ina-
nes quantum ad meritum iusticie ex-
ut dicitur ad Ro. x. Ignorantes
iusticiam dei et suam iusticiam con-
stituere volentes iusticie dei non
sunt subiecti Secundo vacui et in-
anes quantum ad beneficium gracie
Apoc. iii. dicis quia dives sum
et nullius egeo et nescis quia
tu es miser et miserabilis et pau-
per tamquam carens gracia ps.
Ego vero egenus et pauper sum
etc. Et cecus carens lumine virtutis
Math. xx. Cecus quidam sede-
bat secus viam mendicans
et nudus carens veste virtutis
Math. xxii. Quomodo huc intrasti
non habens vestem nupcialem
Tercio vacui et inanes quantum ad
spem et gaudium glorie Thob.
v. Quale gaudium michi esse potest
qui in tenebris sedeo et lumen
celi non video etc. In tenebris
spiritualis lumine fidei et gracie
et lumen celi id est spem celestis glorie
non video etc. quia solo lumine
fidei videmus quid in futuro
de premio et gaudio spectare
debeamus quo lumine carent infi-
deles ps. Obscurentur oculi eo-
rum ne videant etc. Quod in
fide expectantes susceperunt christum
expectatum et promissum
Suscepit puerum suum recor-
datus misericordie sue etc. Ultimo ver-
ba virgo concludit et infert ex

ad impletione veritatis divine pro
missionis de xpo cum de fine
deportationis et dispersionis syna
goge et profectum crescentis
et exaltationis ecclesie in eo et ex
eo quod inter dimatz permissorum
Suscepit israel puerum suum et c.
Nondum quod israel interpretatur vir vi
dens deum potest accipi pro gente
vel pro persona vt sit sensus
israel .i. populus israheliticus est
hic populus videns deum vel is
rahel .i. vir videns deum quod secundum
sensum misticum innuit populum
fidelium .i. christum credencium
qui in ipsa nocte et umbra
legis luce fidei illuminatus vi
dit xpm in lege promissum
et significatum. Iuxta id ysaie
.ix. populus qui ambulabat in
tenebris vidit lucem magnam
habitantibus in regione umbre
mortis lux orta est eis Iste
populus in ipsa nocte et umbra
legis recordatus misericordie promis
sionis divine vidit et suscepit
xpm primo per fidem credendo
quia vt dicitur ad Ro. primo
finis legis xpus est ad iusticiam
omni credenti primo iudeo primum
et greco. ps. Omnis consummationis
vidi finem glosa .i. xpm qui
est finis et consummatio legis Secundo
vidit et suscepit per spem ipsum
xpm sperando et exspectando
ps. Expectabo eum salutare tu
um domine glosa .i. xpm qui est
salutare dei Thob. ij. Filij sanc
torum sumus et vitam illam
speramus quam daturus est deus
hijs qui fidem suam nusquam
mutant ab eo. Tercio vidit et
suscepit per dilectionem xpm ve
nientem suscipiendo et amplec
tando ps. Suscepimus deus mi
sericordiam tuam in medio
templi tui Ita per fidem credendo
et spe desiderando et caritatis desiderio
amplectando suscepit Natha
nael xpm credendo et spe de
venientem de quo dicit ipse xpus
Johannis .i.o Ecce vere israhelita
in quo dolus non est et cetera
Qui viso xpo credidit ei et
desideravit perfecte et confessus
est dicens xpm in deitate et
humanitate venisse dicens Tu es
rex israel Tu es filius dei vivi
Johannis .i.o Israel ergo .i. populus fi
delium recordatus misericordie dudum propo
site et promissiones facte ad pa
tres Suscepit puerum suum et c.
Suscepit inquam primo tamquam
a deo patre promissum et datum
ysaie .xix. mittam eis salvato
rem et propugnatorem qui liberet
eos et c. Idem .ix.o Parvulus na
tus est nobis filius datus est nobis
et factus est principatus super humerum
eius Secundo tamquam de virgine
matre natum. iij. Regum .xvij.o Ecce
vivit dominum vidua filius tuus

Luc. i.° et ip nascet ex te sem
vocabit filius dei Tercio tam
qum in templo oblatum et a sy
meone susceptu et baiolatum
luc ii. Accepit puer symeon
in vlnas suas et benedixit dm
et dixit etc Symeon enim sigt
pplm credencium qui suscepit
xpm in vlnas fidei et deside
rii ac gaudii Aggei ii.° Et ve
veniet desideratus cunctis gentibus
et replebit domum dni etc ps
Innocens in manibus et mundo cor
de Ex.° puer in simplicitate vite
et doctrine Job primo petri ii.° Nec
est inventus dolus in ore eius
Malach ii. Lex veritatis fuit in
ore eius nec inventa est ini
quitas labiis eius Ysai. xlii.°
Ecce puer meus electus quem
elegi etc Tercio puer heredem
exprimit successione et hereditate
ysai ix.° Puer natus est nob
scilicet quantum ad innocentie pu
ritatem et vite et doctrine simpli
citatem et humilitatem Et filius
datus est nobis scilicet in primam
successionem et hereditatem ps
Postula a me et dabo tibi gen
tes hereditatem tuam Ad Ro.
viii. Et si filii heredes quidem dei
coheredes autem xpi Suscepit istum
puerum cuius innocentie puri
tas sine peccato existens pro nob
sufficeret et satisfaceret Ad Ro. viii.°
Pro nobis omnibus tradidit illum
Glosa Quia solus pro omnibus
suffecit et suffecit et cuius doctrine

simplicitas et veritas et vite hu
militas nos sine dolo instrueret
doceret Math. xi. Discite a me
quia mitis sum et humilis cor
de et cuius hereditaria successio nos
in regni heredes ascriberet et as
sumeret Luc. xxii. Dispono vo
bis sicut disposuit mihi pater meus
regnum ut edatis et bibatis super
mensam meam in regno meo
etc Videtur puerum sibi natum
primo in similitudine et consorci
um nature Cant. viii. Quis
det te mihi fratrem meum sugentem
ubera matris mee ut te in
veniam et deosculer Ex.° sibi da
tum in premium gratie Joh. iii.° Sic
deus dilexit mundum ut filium
suum unigenitum daret etc
Tercio pro se oblatum in dele
tionem culpe et redemptionem pene
Ad Ro. viii. Xpo filio suo non pe
percit deus sed pro nob omnibus
tradidit illum Suscepit itaque istum
puerum sibi scilicet non puerum angelo
rum qui non erant consortes
eiusdem nature quia ut dicitur ad hebr.
i.° Nusquam angelos apprehendit
sed semen abrahe Nec puerum
demonum qui non fuerunt
abilem ad gracciam gratie
sed puerum sibi nob simile in
natura auctorem in gracia et
heredem regni in gloria qui
indagabamus consorte naturam nec
qui nos capaces fueramus et parti
cipes sue gratie cuius angeli non
indigebant et demones capaces
non erant

Qualiter promissio de xpo facta
Patribus est impleta.
Sicut locutus est ad patres
nostros Abraham et semini eius
in secula. Exprimit hic beata virgo
modum et ordinem quo susceptus
xpus pro plebe fidelium esse dicatur. Ita
in quantum israel recordatus misericordie
divine propiciacionis et promis-
sionis et adimpleccionis. Sus-
cepit puerum suum in propiciacionem
et divine promissionis adim-
plecionem sicut ab inicio locutus est
deus et pronunciatus promisit pa-
tribus nostris abraham etc. Sus-
cepit igitur sicut deus locutus
est ad patres nostros triplici genere
locucionis. Primo in creaturis et
factis in quibus est xpus misterialiter
prefiguratus. Gen. primo. Planta-
verat dominus deus paradysum vo-
luptatis a principio in quo po-
suit hominem quem formaverat
etc. Ista paradysus virgo maria est
qua a principio id est ab eterno in
plenitudine et decore graciarum
et virtutum plantavit id est pla-
tare disposuit. Iuxta illud Eccl.
xxiiii°. Ab inicio et ante secula
creata sum. Prov. viii°. Dominus
possedit me in inicio viarum suarum.
In quo posuit hominem xpum
quem formaverat operacione spiritus sancti
in ipsa et ex ipsa virgine Maria.
Secundo in scripturis in quibus est
multipliciter prophetatus. Gen. xlix.
Non auferetur sceptrum de Iuda
Num. xxiiii. Orietur stella ex Ia-
cob et consurgit homo de israel.
Ysa. xi. Egredietur virga de radi-
ce yesse etc. Tercio in figuris
in quibus multipliciter ad-
umbratus ut in adam de terra
formato. Gen. primo. Et in ysaac
per repromissionem nato. Gen. xxi.
Et in salomone in eius loco regnante id est
dyabolo de bethsabe generato. ii
Reg. xii. De quibus modis locu-
cionum dicitur ad Hebr. 1°. Multiphari-
am multisque modis olim deus
loquens patribus in prophetis etc.
Suscepit israel id est pro plebe crede-
cium puerum suum scilicet est natum
et nobis datum et pro se oblatum sus-
ceptaculum prophetarum cum modo
angelorum et cum spectaculo popu-
lorum credencium suscepit in-
quam eo modo etc. Sic deus locu-
tus est ad patres in divinis ap-
paricionibus et significacionibus et allo-
cucionibus et propheciis et promissio-
nibus de xpo nobis nascituro
et nobis exhibendo et pro no-
bis offerendo ut in omnibus et sin-
gulis modis illis commendetur
plenitudo divine veritatis. Johis
primo. Vidimus gloriam eius gloriam
quasi unigeniti a patre plenum
gracia et veritate. Tercio multitudo summe
Johannis iii°. Sic deus dilexit
mundum ut filium suum unigenitum
daret et multitudo divine bon-
itatis et mee utilitatis. Ad Ro. viii°.
Qui eciam proprio filio suo non
pepercit sed pro nobis omnibus

tradidit ei. Uno non eciam
omnia donavit. Ps.
Quam magna multitudo dul-
cedinis tue quam abscondisti ti-
mentibus te etc. Pulcherrimo vero
ordine in uno beata virgo hunc
ympnum sui cantici continuum
ad ipsius intencionem in summa
colligendam concludit in mente
quod quantum ad plenitudinem virtu-
tis et rectitudinem talis multis
divine bonitatis et humane salutis
et utilitatis tam misterii incar-
divine predestinacionis de Christo eripue
rendit ipsius Christi promissio et
promissionis exhibicio quia
sit deus Christi incarnacionem in-
fallibiliter predestinavit ab eterno
mente quia ut dicitur ad Hebreos
ultimo Christus manet heri hodie
et in secula. Ita stabilitatem ipsum
Christum mittendum et exhibendum
suo tempore promisit et promis-
sionem ipsam efficaciter et utiliter
adimplevit. Sic locutus est ad
patres nostros de salute futura
per Christum in fide instituendos et
in spem erigendos et in desi-
derium accendendos. Unos patres
huius specificat dicens Abra-
ham et semini eius etc. Quia A-
brahe tamquam principio et initio
fidei quod de ysaac nascituro
ipso deo credidit et primitus ius-
ticie quia deum coluit et principaliter
obediencie quia deo de ymolando
filio obedivit facta est promissio
de Christo de ipsius semine nasci-

turo. Gen. xxii. In semine tuo
benedicentur omnes gentes scilicet
ysaac et de ipsius successione nas-
cituro Christo. Sic igitur Christi incar-
nacionem beata virgo commendando
et divine predestinacionis eternitate
et ex promissionis veritate
et exhibicionis integritate et
perpetuitate pulcre et recte sic con-
cludit quod populus fidelium suscepit
Christum ut ab eterno predestinatum
et in tempore promissum. Ps. Et per-
manebit cum sole et ante lunam
in generacione generacionum et hoc est quod ab-
rahe et semini eius non ad tempus
mille annorum sicut iudei et quidam
alii fabulantur. Unde in secula. Luc. i.
etc. Ps. Misericordia domini ab eterno
usque in eternum super timentes eum
et iusticia illius in filios filiorum
hiis qui servant testamentum eius
quia secundum prenunciacionem angeli
Luce primo. Dabit illi dominus deus
sedem david patris eius et regnabit
in domo iacob in eternum et regni
eius non erit finis. Quare et
qualia beata virgo consideravit circa
opera reparacionis ....
Quia igitur ut superius dictum
est beate virginis contemplacio pre-
cipue et principaliter videtur in sac-
ramentis nobilio versata fuisse ci-
rca tria secundum Bernhardum videlicet primo
circa opera creacionis in admirando
et laudando ex illis divinam potenciam
incarnando. Bernardi sermo illius
potentie plenius exprimere quod volue-
rit faciat et divinam sapienciam in-

ordinando ps Ordinacone tua
pseuerant dies quam omnia seruiunt
tibi et dominatur clemenciam in gub
nando et conseruando Sap. xi^mo
Rico quam arte factum non esset
conseruaret Secundo circa opera repa
racionis in illis et ex illis admiran
do et amando diuine admissa
pietatis ps Quam est dns vni
uersis et miseraciones eius super omnia
opera eius et adhuc dignacionis
humilitatem quia vt dicit philipp
ii^o Humiliauit seipsum factus
obediens vsque ad mortem autem
crucis ps Humiliatum sum vs
que quaque et diuine dileccionis lar
gitatem Ioh iii^o Et diuine dil
leccionis largitatem Iohis iii^o
Sic deus dilexit mundum vt fili
um suum vnigenitum daret Ad
Ro. viii^o Qui proprio filio non pe
percit Sed pro nobis omnibus tradidit
illum quomodo etiam non cum illo
omnia nobis donauit etc Ter
cio circa opera glorificacionis et ea
que ad contemplacionem et visionem
status glorie et statum glorificato
rum videntur pertinere Iuxta
constitucionem et ordinem celes
tis Ierarchie Sciendum ergo quod
contemplacio beate virginis circa opera
reparacionis recipit multiplicem
et destinctionem Iuxta numerum et diuer
sitatem que circa ipsum reparatorem
i. xpm desiderari pnt in sin
gulis operibus reparacionis Opera

aut reparacionis vsque hic considerans
in xii. articulis continentur qui sunt
videlicet in carnacio vite ipsius con
uersacio eius predicacio miracu
lorum operacio passio ipsius xpi
vi^o Ascensio spiritus sancti missio.
Ecclesie multiplicata gubernacio con
seruacio et confirmacio Circa quorum
omnium memoriam indefessam
et recordacionem continua beata virgo
in hac vita indesinenter se exer
cuit Iuxta illud ps Meditabor in om
nibus operibus tuis et in adinuencionibus
tuis exercebor Tren iii^o Memo
ria memor ero et tabescet in me
anima mea Considerauit itaque
in contemplacione expressiue ad
miracionis et diuini amoris me
ditacione incarnacionis xpi humilitatem
quia vt dicit ps Inclinauit ce
los et descendit Et conuersacionis ipsius
pietatem quia vt dicitur luc. ii^o.
descendit cum parentibus in Naza
reth et erat subditus illis Math
xi^o Discite a me quia mitis sum
et humilis corde et predicacionis ve
ritatem et vtilitatem Iohannis viii^o
Si veritatem dico vobis quare
vos non creditis mihi et miraculorum
potestatem Math viii Qualis est
hic quia ventis imperat et mari
et obediunt ei et laborum et pas
sionum et mortis acerbitatem Tren
i^o Attendite et videte si est do
lor similis sicut dolor meus Et
resurreccionis gloriam ps Exurge

psaltiū reythā exultatam dilucto
Et ascensionis potencia. ysa lxiij°.
Iste formosus est in stola
la sua gradiens in multitudine
fortitudinis sue. Et missi sci sps
gratie, quia vt dicit ad Roma. v°.
Caritas dei diffusa e in cordibus
nris per inhabitantem spm eius
in nobis. Et ecclie congregate vni
tatem vt habet Act. c°. Multitu
dinis credencium erat cor vnu
et anima vna. Et ecclie conseruate fir
mitatem. Math. xvj°. Sup hanc
petram edificabo ecclam meam.
Et ecclie conseruate eternitatem beatitudinis
et beatam eternitatem. Apoc. xxj°. Ipsi
populus eius erunt, et ipse deus cum eis
erit eorum deus et absterget deus
omnem lacrimam ab oculis eorum
etc. Hec omnia mente iugiter re
uoluebat et cum sanctis quasi conuene
tibus et aplis eam visitantibus
conferebat. Vn Jo. ad exemplum
humane vite conuersacio bte virginis
post ascensionem dni continue cu
aplis fuit vacando cum ipsis
in scola virtutum et meditatione
mandatorum diuinorum quorum istis fue
runt diffusi per mundum tanto
familiaris ipsis de xpo singula
intimando quanto plenius omnia
per spm sctm didicerat et oculis vni
uersa perspexerat. Vn b. virg. ad co
sideracionem incitabat visio locorum v.

Xpus operatus est salutem in
medio terre, quia vt supra

...

statum est consideracio et medi
tacio in contemplatione operum
redemptionis et eorum que in ipsis
sunt attendunt. Surgit et cres
cit ex ymaginacione locorum
et temporum personarum vbi et quando
et per quos et cum quibus et in quibus
ipsa opera sunt patrata. Proinde
vt dicit Jeronimus in sermone
Cogitis me etc. Quamuis
beata virgo in carne post carnem
viueret tamen quia cum car
nalibus et terrenis nichil coi
recebat sibi. Ideo cum sepe lo
corum recreabatur visitacionibus
et aspectibus vbi dns ihus xpus
operatus est salutem in medio
terre vt in illis viue que ge
nuerat delectaretur amplexibus.
Amor enim perurgebat desiderium
ipsum vero desiderium semper feruens
nouus reparabatur ardoribus
intimis. Nec credam quod non nunquam
omnia transcenderit et se ipsam ergo
Vnde de memoria et recordatione
diuinorum misteriorum et beneficiorum
beatorum mediorum b. virgo ex
celebat in sua contemplatione
in quibus redemptionis dicit
Jeronimus in predicto sermone. Desi
derijs et qualibus beata virgo afficie
batur doloribus et meroribus post
xpi ascensionem expletis cum
omnibus que de ipso erant prophe
tata. O quali afficiebatur amo
re, quo desiderio estuabat du
reuoluerat non cuncta que vide

ait et audiebat et cognovit quanto tam indeficienti quam indefessi fervent pii amoris et membra ardore. Civium celestium secretorum et sacratiorum a spiritu sancto movebatur mittentibus novis cottidie desideriorum affectibus inflammata quam ita totam divinus amor introduceret ut nichil in ea esset quod humanus vel mundanus violaret affectus sed totam superne perfudit ebrietas et implevit iuxta illud psalmi. Inebriabuntur ab ubertate domus tue et torrente voluptatis tue potabis eos etc. Et licet dictum sit de istis ut refertur imprimis tamen de beata virgine iuxta modum et mensuram sibi competentem. In statu vite convenientem accipi potest secundum hoc quod ipsa fuit in hac vita viator simpliciter et comprehensor secundum quid ut supra dictum fuit. ~~frequentius ad~~ De visitatione vero et aspectu locorum quorum monita et accessa fuit frequentius ad rememoracionem et affectionem tante redemptionis opera in ipsis patrata et consummata subiungit sic ibidem primo igitur amore in loco quo sepultus fuerat Christus. Iuxta dicunt ipsam habitasse se credimus ut etiam exterioris exterioribus internus pasceretur ad obtutibus ab invisendo omnia loca circum videlicet passionis et resurrectionis et ascensionis ipsius ut iam viventem quereret

tum mortuum. Sed ut exterioribus simul et interioribus consolaretur aspectibus etc. Hic aspectus et situs loci in quo fuit sepulcrum domini. Verum contraposita loca passionis Christi et resurrectionis ac ascensionis videri poterat tunc temporis domini qui in illis partibus habitabat et in bethleem se in cellam receperat ubi etiam est mortuus et sepultus. Hic se hec potuit edificiis vel turribus nondum impositis que ibi nunc consistunt ut illa loca a sepulcro domini tunc libere videri et resignari potuisset. Sed secundum descriptionem modernorum qui illa loca per situs suos et distancias ab invicem designaverunt videtur nunc multo aliter se habere quam civitas illa tamen per Titum destructa fuit post passionem domini anno xl. ut in cronicis et in hystoria ecclesiastica legitur. quia adhuc secundum suum primum statum manente sepulcrum domini fuit extra portam civitatis. Ipsa vero postmodum a persis et sarracenis multociens destructa ad aliam et aliam mensuram et situm diversum fuit restaurata et aspectus et respectus sepulchri domini per eius quo ad situm civitatis etiam sit mutatus de quo non multum refert ad presens. Et hec licet pauca dicta de vita et virtutibus beate virginis circa perfectionem actionis et contemplationis ipsius est post ascensionem domini usque ad beatum transitum ipsius de hoc

mundo sufficienter ista vita: quia
ex scriptis autenticis circa istam
materiam plura invenire et
per quos nec colligere potui fi-
de et relatu digna secundum circa hec
consonancia inmitendo quia ut
invenitur supius sive epistolis
ad Johem evangelistam scribens
dicit Ita preterea multi multa de
ipsa scilicet b. virgine referunt quae
tamen omnibus ponunt nec au-
dem [illegible] fidem concedere nec tibi de-
ferre etc. Et infra ibidem pro
multis illis et omnibus hec so-
lum ad laudem ipsius sub-
inferri dicens Et sic nobis in fide
virginis intratur in maria. hu-
manae nature natura scitatur an-
gelis sociatur etc. Quo dicto
mortalem adhuc vitam et
conversacionem b. virginis in hoc mundo
super omnes aliorum sanctorum perfectionem
elevatur et propinqua angelice statui.

De visione status tis consociat
glorie et angelorum et celestis ierar-
chie

Circa contemplacionem
vero btae virginis in hac vita
quo ad ista que pertinent ad
meditacionem et visionem status glorie
et glorificatorum secundum disposicionem et
ordinem triumphantis ecclesie et ce-
lestis ierarchie cuius contemplacionis
actus est totis desideriis appetere
angelorum choris interesse et ce-
lestibus civibus admisceri sed
glosa Bede supius positam
Sciendum quod cum inter vij. dona
spiritus sancti que enumerantur Ysa
xj. Supremum sit donum sapie-
ntie cuius actus et officium consistit circa
contemplacionem et visionem spiritualium et
eternorum sicut dicit Glo. Assignans
proprietates et actus uniuscuiusque dictorum vij.
donorum secundum modo videndi et sapiendi
est vere beata virgo in sua contem-
placione vidit sui principium animam
per speciem propriam et angelos per
species proprias et disposicionem et ordi-
nem totius ecclesie triumphantis per
suas singulas ierarchias Huius
autem contrarium queritur utrum possibile
sit anime in hac vita videre
sive cognoscere se ipsam per speciem
et videtur quod non dicit enim philosophus
in principio de anima quod omnino
et penitus difficillimorum est acci-
pere aliquam fidem de anima Que-
cumque non potencia sive virtus de-
ficit circa actum faciliorem defi-
ciet circa difficiliorem facilius non
est potentia ad anime virtutem cogn-
itiva aliquid apprehendere
fide quam racione quod patet quia fides
exigit simpliciter assensum
mentis qui est voluntarius Racio
habet in se vim argumentacionis
per quam mens cogit ad assen-
ciendum sive velit sive nolit ergo
si difficilior est accipere fidem
de anima impossibile quodam
est accipere aliquam cognicionem per
racionem sive per speciem propriam de
ipsa racio continue huius patet quod dicit
philosophus iij. Rethorice Quod difficil-
limo propter est id quod est impossibile

g° si difficilior e aliquid de
anima scire p oms impossile
est aliquid de anima scire
et intellige et ita videt q aia
in hac vita nequaquam possit cog
noscere sive intellige seipsam
eodem modo videtur quod nec angelum
in hac vita possit vide sive
intellige quod sit angelus d. cm
phus iiiº de anima quod nichil
contingit animam intellige sine
fantasmate sube vo separate
i. sbe insensibiles et incorporales
quales sunt angeli non habent
facere fantasmata ymagina-
cione vel fantasia cum non sint
sbe materiales g° non contingit eos
apprehendi vel intelligi ab aia
Similiter videtur quod impossibile
sit animam vide sive cognosce
deum in hac vita per essencia Na
si anima humana deficit in hac
vita circa apprehensionem et cogni-
cionem finitorum g° multo fortius
circa apprehensionem infiniti vel
infinitorum quia ut dicit Ambrosius
iiº libro de spiritu sancto Omnis sba
creata sue essencie et virtutis cer-
tis terminis et finibus continetur si g°
humana anima deficit in hac
vita circa apprehensionem sui ipsius
et angelorum qui sunt essencie et
virtutis finite multiformis de-
ficit circa apprehensionem ipsius di-
vine essencia virtus e infinita
quia immensus pater immensus
filius immensus spiritus sanctus Job
xi. Excelsior celo e et profundior
inferno et quomodo cognosces eum Iste
igitur rationes pro hac parte suf-
ficiant ad presens ad breviandum
processum huius materie et tol-
lendum fastidium legentibus q a
melius forte et plenius declara-
bitur hec materia in responsione ad
rationes solucionibus. Utrum possibile
sit animam in hac vita vide
seipsam et angelos
Sciendum ergo quod circa istam
materiam utrum sit possibile
animam in hac vita cognosce
vel vide seipsam per speciem pro
priam et provenire etiam ad
cognicionem vel visionem intel
ligenciarum secundum philosophos sive
angelorum secundum sacram scripturam
et theologos et ultimo ad vi-
sionem ipsius dei per sua essencia
distinguendum e. Utrum ista questio
quereat de possibilitate huiusmodi cog-
nicionis anime per naturam propriam
absque adiutorio gratie vel de
possibilitate per gratiam adiuvantem
et elevantem animam ad huiusmodi
visionem et cognicionem per diuinam
Si queritur de possibilitate huius
cognicionis sive contemplacionis
anime per sua naturam propriam Sciendum quod
circa hoc inquirere et inscruta est
diversi positio una que dicit
quod anima per naturam propriam nequaquam
potest in hac vita provenire ad
cognoscendam et videndam
seipsam vel intelligenciam an-
gelicam per speciem propriam cuius
racio videtur esse quia cum

in unaqueque rei Istud scilicet
consequitur videlicet essencia virtus
et operacio propter hoc unicuique
rei esse consequitur suum posse
secundum modum ipsius esse et ipsum
posse consequitur suum agere secundum
modum et mensuram ipsius posse
~~consequitur suum agere secundum modum~~
ipsius sicut nichil potest agendo trans-
cendere suum posse quia nichil agit
ultra suam potestatem Iterum et nulla potencia
vel virtus transcendit suum esse
et modum sui esse Cum igitur in
anima humana attendatur duplex
esse suum coniunctum et esse separatum
quod est suum esse post mortem cum
separata fuerit propter hoc duplex
potencia cognoscendi vel intel-
ligendi distinguitur in anima scilicet
potencia fantastica secundum absolutum
secundum id esse quod habet in corpore et
potencia non fantastica secundum ab-
soluta secundum illud esse quod habet
extra corpus separata a corpore
et propter hoc duplex ordo intel-
ligendo et cognoscendo unus
secundum esse coniunctum et alius secundum
suum esse separatum Ordo igitur
qui competit anime intelligendo
secundum suum esse coniunctum est iste
secundum quem processus fit primo assimilacione
ad ymaginacionem abstrahendo
formam ymaginativam a ma-
teria intelligibili accepta Tercio
abstrahendo speciem intelligibilem
a fantasmate et reponendo in
intellectum materiali sive possibili
et secundum hos tres gradus assimilacione [?] et

sensibilibus et terminantur in intellectu
et intelligibilibus In ordine cum
isto incipiendo ab accidentibus et pro-
veniendo ad apprehensionem et in-
tellectum substancie primo occurrunt
qualitates que sunt obiecta sen-
sus particularis est in tercia specie
qualitatis que est passio et passibilis
qualitas ut dicitur in predicamentis
Quarto deinde occurrunt et obi-
ciuntur sensui communi quia omne
obiectum sensus communis est in
genere quantitatis videlicet numerus magnitudo
figura motus et quies quantitas
motus et quies mediante numero
et magnitudine et figura apprehe-
ndit et discernit ut dicitur ii de
anima Quinto deinde quantitatem ad
suam apprehensionem et cognicionem
apprehendit intellectus Ad cuius apre-
hensionem in genere substanciarum sensibi-
lium viam dant accidencia que
sunt obiecta sensuum particularium et
communis propter quod dicit philosophus in
prohemio libri de anima quod
accidencia conferunt magnam
partem ad cognoscendum quod quid est
etc. Et in tercio de anima dicit quod
nequaquam contingit intelligere
sine fantasmate etc. Fantas-
mata vero in quantum sunt re-
cepta ab ymaginacione recep-
ta sunt cum hiis accidentibus
ad minus que sunt obiecta sensus co-
munis que omnia nequaquam abs-
trahit fantasia sicut dicit Boetius
in libro de trinitate Cum si a
duobus corporibus omnia accid

cogitatione superemus tamen utique
est diversus quem eius verum ce-
nere singere possumus. Cum
igitur secundum hunc ordinem inquire-
rendo et intelligendo nichil
sit in intellectu quod prius non
fuit in sensu sicut dicit Boecius
propter hoc dicitur quidam quod non
sit possibile in hac vita animam
cognoscere sive videre se ipsam
per speciem propriam et per consequens nec
aliquam substantiam separatam
sive intelligencias sive an-
gelos sive ipsum deum per es-
senciam cernere et hoc videtur etiam
Augustinus sentire libro xii°.
super Genesim ad litteram dicens
Nemo deum videns potest vivere
vita ista nisi huic vite ali-
quatenus moriatur sive omnino
exiens et corpore sive ita a sen-
sibus alienatus a sensibus cor-
poris ut merito nesciat sicut
Paulus utrum in corpore vel
extra corpus sit etc. Distinctio
solucionis rationis in contrarium

Quod dici solet in contrarium
quod intellectus seipsum
per reflexionem suam super se quia
dicitur esse differentia in hoc inter sensum
qui est virtus materialis quod sensus
non potest reflecti super se in
actu sentiendi quia oculus
non potest videre seipsum intel-
lectus vero potest se reflectere super
seipsum ratione sue immaterialitatis
unde intellectus potest intelligere
seipsum iuxta quod dicit philosophus in 3°
de anima quod intellectus intel-
ligit se sicut alia intelligibi-
lia etc. Protinus dicitur quod anima
possit etiam in hac vita in-
telligere et videre seipsam et plures
substantias separatas. Istud videtur
quod non bene neque sufficienter
dictum esse. Quia cognoscere
aliquid de re aliqua est duplex
videlicet vel cognoscat quod sit ipsa
res. Cum ergo intellectum dici-
mus intelligere seipsum sicut alia
intelligibilia hoc ita videtur
accipiendum quod intellectus hoc
modo cognoscit de seipso an
sit quia intellectus non intel-
ligit se nisi per operationem suam
intellectam. Sed hoc modo anima
intellectiva vero intelligit de
se quid sit. Sed quod sit intelli-
gens tamen sicut sensus omnis qui
dicit video me videre vel sencio
me sentire hoc actu videt vel
sentit tamen quod videns et senci-
ens sit. Sed non quid visus vel
sensus sit secundum suum esse vel
specificum et proprium. Unde sic con-
cludendo ex visis et modis qui-
bus vero dividendo et disting-
wendo apprehendit quod anima est
substantia ut forma corporis orga-
nici phisici potentia vitam habentis cogno-
scimus quod talis substantia anima sit non
dum tamen cognoscimus vel vi-
dere possumus animam intellec-
tivam secundum speciem propriam. Ita etiam

cognoscenda quod intelligere est speciem intelligibilem a fantasmate abstrahere et intellectum possibilem reponere non dum concessimus vel vide possimus quam intelligentiam per speciem propriam sed solum operationem eius intellectam per quam de ipsa sciamus quod intelligat et intelligens sit. Et huius ratio patet quod secundum ordinem illum et processum in cognoscendo et intelligendo quo utitur anima coniuncta secundum suum esse coniunctum non est possibile animam per naturam vide sive cognoscere seipsam per speciem propriam et per consequens nec aliquam substantiam separatam

Rationes ad hoc quod anima non possit intelligere et videre seipsam in

Quod autem hac vita intellectus hoc modo non possit intelligere seipsam per suam speciem propriam videtur ex eo quod species intelligibilis in intellectu possibili habet se sicut quo intelligit anima et non sicut quod intelligitur sicut species coloris habet se in visu ad oculum sicut quo videtur et non sicut quod intelligitur sicut species videtur. Quod enim videtur est ipse color sed quo videtur est species coloris. Si igitur intellectus intelligeret seipsam per speciem propriam ergo ipsa species esset quo intelligit anima. Nichil autem idem potest esse simul agens et passivum respectu eiusdem quia nichil educit seipsum de potentia in actum anima autem ut intelligens seipsum habet se ut activa et reflexiva super seipsam per ut intellecta vero a seipsa et hoc est quod alii dicunt quod anima intelligendo se habet se ad seipsam ut obiective et subiective cum dicto concordat Claudianus in libro suo de quantitate anime dicens quod anima nunc cognoscit res et subiecta rebus super obiectis nunc vero ut super abiecta rebus obiectis et cetera

Preterea ponentes quod anima intelligat seipsam sive cognoscat per speciem propriam dicunt quod abstrahendo se a se intelligit se per se et cetera. Queritur ergo utrum abstrahat se a se tamquam formam a materia vel universale a particulari. Sed non tamquam formam a materia quia non habet materiam tamquam partem sui tum quia sit substantia ut forma tamen ut dicitur secundo de anima. Si vero tamquam ~~partem sui tamquam ipsa sit substantia ut~~ universale a particulari abstrahit se a se. Cum ergo unicuique homini sit sua anima propria in suo corpore individuata unusquisque homo abstrahendo a singulis animabus vel a sua anima propria ut communem in communi per consequens non intelligit ut cognoscit animam nisi in communi et nequaquam suam animam vel alterius per speciem propriam sic abstrahendo ab individuis singulis hominem in communi non cognoscimus sortem vel platonem secundum speciem propriam sed hominis speciem in communi sicut dicit Augustinus de trinitate libro x capitulo iii. Ad hoc videtur quod nequaquam anima abstrahat

se non se tamquam vle aptitudin
quia omnis abstractio non fit
nisi a materia Unde in non habentibus
materiam quae sunt formae per se sub-
sistentes non est accipere aliquid
a quo fiat abstractio quia non
est ibi accipere rationem particularis a
quo fiat abstractio et per quam ratio-
nem universalis quod abstrahatur cum
tamen ipse formae sint se separatae licet
aliqui contrarium dicant ergo anima
non intelligit se abstrahendo
se a se. Ex istis ergo rationibus et multis
aliis videtur quod anima non pos-
sit in hac vita intelligere seipsam
secundum speciem propriam et per consequens nec
intelligentias Questio est in op-
positum quod possibile sit animam
intelligere et videre seipsam in hac
vita etc.

Alia vero positio est
satis communis et famosa Quod
intellectus speculativus hoc modo
sit sit intellectus adeptus quod
ex omnibus speculatis convertitur super
seipsum et ita adipiscitur seipsum
aspiciendo quanta sit virtus sua
et quid et quanta ipse sit et ex hoc
secundo gradu convertit se aspiciendo
ad intelligentias eodem modo et
deinde tertio gradu ad ipsum primum
in quo perficitur et terminatur aspectus
ipsius cum dicto videtur augustinus
concordare in libro x. de trinitate capitulo
x. dicens Quia anima sit
agit et per ymagines rerum corpo-
ralium quasi sui oblita perficitur
ei ut seipsam cognoscat et se
videmet sub eo cui est subdenda
ut a quo debent regi ut super ea
quibus est preponenda tamquam super

ea quae per se regere debent et ad hoc
videtur facere quod dicitur in libro de anima
et spiritu capitulo corporis dimittat et tractat
et inhabitator videt seipsum praesentem et per-
nectis ad hoc quaerit auxilium cor-
poralium sensuum Immo ab omnibus
sensibus corporis tamquam impedien-
tibus abstrahit se a se ut vide-
at se in se et novit se apud se etc.
Praeterea Augustinus in libro de quantitate
animae .xj. velle quod per recollectionem vir-
tutum animae in seipsam et abs-
tractionem ymaginabilium a sensibi-
libus et intelligibilium ab ymagina-
bilibus et separationem incorporalium et
spiritualium a materialibus et eorum con-
tinuationibus cum visionem et unionem
in rectio ipsorum possibile sit animae vi-
dere seipsam et angelos et ipsam es-
sentiam deitatis. Unde declarando
huiusmodi dicit Sensus iteretur in
ymaginationem. ymaginatio in
rationem. Ratio in intellectum Intellectus
in intelligentiam Intelligentia in
ipsum deum etc. Ad hoc ipse Augustinus
libro. ix.o de trinitate et libro .x.o qui
per totum laborat ad ostendendum
quod possibile sit animam videre seipsam
per seipsam et non solum an sit Sed
quid sit ipsa anima Unde eodem libro
x.o de trinitate capitulo x.o dicit Mens no-
vit se etiam dum quaerit se non
aut de aliqua re scire dicitur cuius
substantiam ignoratur propter quod dum mens
se novit substantiam suam novit et
cum de se certa est de substantia sua certa
est etc. ergo videtur quod intellectus
non solum intelligat se intel-

ligere. Sed cum intelligat seipsum
quod sit presentem sibi. Item Augustinus
eodem libro x° capitulo ix°. Cum dicitur
menti vel cognoscat seipsam
non illo modo hoc est intelligere
dum sic cum dicitur homini vide fa-
ciem tuam quod nisi in speculo
fieri non potest quia ipsa facies
absens est ab eo loco quo vi-
sus dirigi potest. Cum autem dicitur men-
ti cognosce teipsam eo ipso
quod sibi presens est et intelligit
quod ei dicitur intelligit seipsam
quia dicto hoc illud eis percipere
vt faciat cum ipso facit quod id pre-
ceptum est intelligit. Preterea
sicut sensus se habet ad sentiens
ita et intellectus ad intelligens
ergo sicut sentiens non sentit
nisi senciat se sentire aliquo
sensu qui dicitur sencio me sentire
aliquo sensu qui dicit sencio
me sentire sic sensu quo Ita in-
telligens non intelligit nisi
intelligat se intelligere aliquo
intellectu qui dicat intelligo me
intelligere Item idem Nichil scit qui
se scire nescit etc. Quod autem non
requiritur aliquis intellectus communis
ad hoc quod intellectus intelligat
se intelligere / Sic exigitur sensus
communis ad hoc quod sensus percipiat se
sentire inde est quod sensus particula-
ris reflectitur super seipsum vt di-
cere possit video me videre vel au-
dire vnde necesse fuit sensum communem
transsumi iudicem sensuum et sensibilium

particularium. Sed intellectus est vir-
tus separata et in materialis corporis
hoc potest reflecti vt idem super
seipsum vt cognitor et iudex sui
ipsius et non fuit necessarius alius
intellectus vt communis quo perciperet
se intelligere sed suum intelligere
percipit per seipsum hic autem
non potest nisi intelligendo sui-
ipsius speciem et naturam ergo intel-
lectus intelligit seipsum per suam
speciem et naturam. Vtrum anima in-
N ato autem digeat adiu-
n anima possit torio gratie
~~ngeat adiutorio~~ intelligenda
~~gratie ad intelligendam~~ seipsam
seipsam videre siue intelligere
in hac vita per speciem propriam et
communiter pervenire ad cognoscendum
videndum intelligendas i. angelos
per species proprias et quidam philosophi et
maxime arabes vt avicenna
et algazel huius posicionis quon-
dam et principii auctores dicuntur
dubitari potest vtrum anima in hac
vita per suam naturam precise abs-
que adiutorio gratie pervenire va-
leat ad hunc gradum alphonsus
et conrinnius sunt. Circa autem
et necessitas huius inquisicionis oo
surgit ex eo quod predicti philosophi et
etiam quidam doctores mutati
vias veritatis ipse exprimere in
suis summis et scriptis quibusdam
inveniuntur dicere quia omnia
humana per quandam disposicionem
et preparacionem vltiorum perficiatur

et in temporibus temperate complexionis cum abstinentia ciborum et exercitio virtutum et usu vacandi speculationi et contemplationi spiritualium et incorporalium possit adhuc secundum apprehensionis et visionis pertingere hunc modum dicunt quod ex naturali virtute propria bene regulata quosdam prophetas et sapientes fieri ac fuisse. Apparet enim ex scriptis et libris ipsorum et de operatione gratie ad adiuvandum et perducendum animam ad hunc gradum nullam fecerunt mentionem ita quod circa hanc materiam tractatum ab eis non incluserunt gratiam nec eciam excluserunt.

Quod sine adiutorio gratie nequaquam anima potest separatam intelligere in hac vita

Quod autem anima humana in hac vita adhuc secundum perfectionis sive ut potius huius rationibus quia in virtutibus habentibus se ad invicem secundum ordinem superioris actus virtutis superioris. Sed natura et gratia habent se ad invicem secundum ordinem superioris et inferioris quia gratia superior est natura ergo virtus nature non potest se per se extendere ad operationes et actus attributos gratie scilicet cognoscere sive apprehendere in se spiritualia et invisibilia ut animas et angelos pertinet ad perfectos et actus donum sapientie secundum gloriam ergo ad apprehendendum animas et angelos per species proprias virtus naturalis cognitionis non potest se extendere de se absque adiutorio gratie illius scilicet que donum sapientie. Propterea isti tres status habent se secundum ordinem ad invicem in apprehendendo et cognoscendo videlicet status nature et gratie et glorie secundum triplex lumen scilicet nature gratie et glorie proporcionatum visioni et statui unicuique. Sic ergo anima secundum naturalem statum gratie non potest se extendere lumen fidei per se ad apprehendendum et videndum illa que habent videri in glorie lumine quia ut dicitur .j. Cor. xiij. Videmus nunc per speculum in enigmate tunc autem facie ad faciem nisi nova illustratione adiuvetur et elevetur sicut fit in extasi et in raptu. Ita etiam secundum statum nature non potest se extendere lumine naturalis intelligencie per se ad apprehendendum illa que habent proprium proprie lumine fidei vel revelacionis et illuminationis consimilis glorie ut fit in extasi et in raptu. Sed videre animas vel angelos per species proprias excedit lumen fidei per se que ad hunc gradum visionis indiget superioris luminis illustratione videlicet donum sapientie vel luminis consimilis lumine glorie. Iuxta illud Ps. In lumine tuo videbimus lumen ergo multo forcius lumen naturalis intelligencie ad hunc modum sive gradum visionis et contemplacionis indiget superioris luminis illustratione et per consequens non potest de se

ptate ad hoc extende Item ois
cognicio vel est p speciem a rebus
abstractam et acceptam vel per
speciem ab intelligencia influxam
Si igitur anima apprehendit et cog
noscit separatam hic cit vel per
speciem extra a rebus abstractam
et acceptam vel p speciem mente me
te conceptam quam vtique vel
fantasticam Sed sube rerum spirituales
sive intellectuales non habent
fantasma et anima ergo anima
non pt cognoscere separatam nec
intelligenciam angelicam per
speciem influxam pz tali racione
quia dicit quod quis nouit vel
inveniens vel addiscens nouit
Si ergo anima naturali cognicione
ptate absque adiutorio gracie pt
apprehendere et cognoscere separatam vel
eciam intelligencias angelicam p
speciem vel ab intelligencia superiori
influxam sive impensam sicut
volt avicenna quod p hunc modum
anima possit cognoscere intelligencias
angelicam Relinquitur vtique anima
hoc modo apprehendat intelligencias
angelicam inveniendo vel a
discendo et pz quod non p viam
proprie inventionis quia in hac
via est processus a sensibilibus
et sensu ad memoriam et a memoria
ad experimentum et ab experimento
ad vle vt dicitur in principio methaphisice
apprehendere vero substancias intellectuales
ex sensibus non est possibile isto
modo cum iste modus sit p ab
stractionem a fantasmatibus ergo non
est possibile p viam inventionis
proprie pervenire ad apprehendendum
quiditatem anime et intelligencie
angelice Similiter pz quod neque a dis
cendo sive p viam doctrine pt
anima pervenire ad hunc gradum
apprehensionis et cognicionis quia
aut hoc fiet ordine nature aut
pt ordinem nature Si fiet ordine
nature i naturalis quia p illum mo
dum quod fiat abstractione seu se
paracione ab omnibus vmbris fan
tasmatum et specierum fantasticarum a
luce superioris intelligencie sicut
lux solis remotis vmbris et ne
bulis aeris continue imprimitur
aeri porigato ab ipsis quasi remoto
prohibente ergo vniciuique homini
ad hunc gradum abstractionis
et separacionis pervenienti de ne
cessitate imprimentur huiusmodi species
ad videndum et apprehendendum
intelligencias angelicas quo ad
suas quiditates et essencias et tunc
secundum dictum Augustini in libro de spiritu
in virginia Nulla esset racio quare
non pocius solis bonis et
mundis hominibus et non quibus
libet pravis et inmundis possibile
esset cognoscere et videre angelos
si vero fiet pt ordinem vel su
ptem ordinem nature tunc re
linquitur quod fieret ordine dis
pensacionis divine que pter
naturam et supra naturam anima pt
que voluit secundum cuius dispen
sacionem ~~secundum~~ huiusmodi gracie
gratis date non solum bonis da
tur sed etiam sed etiam malis ppter

bonos sit spiritus prophetie dedit Balaam et caypphe pontifici quod hic ipsius determinatum in medio relinquitur ad propositum revertamur ad quod plenius declaranda posita omnia sunt inducta.

Qualiter in beata virgine remota fuerint que impediunt perfectam contemplationem in hac vita

Sane igitur tacte dicta potest de contemplatione et visione beate virginis in hac vita quamvis ipsa fuit in summe perfectionis statu quo ad naturam et gratiam quantum ipsa fuit viator simpliciter et comprehensor secundum quid tempore hic transitus gratia plena impletatione largissima in nulla gratia ab aliquo illustrium superata et omnia scire et cognoscere et videre sit magna gratia contrarium ignorantia sit culpe primi hominis et omnium posterorum suorum non minima pena et quia culpa beata virgo fuit totaliter liberata et exempta et per consequens ab ignorantia plena de nimia quia hoc opus dicere et tenere quod nullius rei ignorantiam sed plenam scientiam et cognitionem habuit omnium scibilium et cognoscibilium quantum pure creature per summa et specialem gratiam conceptibilem fuit circa peccatum notitiam operum conditionis et reparationis et iustificationis et consummationis et glorificationis et divine trinitatis et unitatis in cuius cognitione consistit substantia totius beatitudinis

Iuxta illud Sapientie viiᵒ. Ipse deus dedit michi eorum que sunt scientiam veram ut sciam dispositionem orbis terrarum et virtutes elementorum initium et consummationem et medietatem temporum vicissitudinum permutationes et consummationes temporum annorum cursus et stellarum dispositiones naturas animalium et iras bestiarum vim ventorum et cogitationes hominum differentias virgultorum et virtutes radicum et quecumque abscondita et improvisa sunt dedici. Omnium enim artifex docuit me sapientia. Et tum cum beata virgo quantum ad naturam et gratiam fuerit sufficienter preparata et disposita prima tria quibus remota sunt impedientia perfecte contemplationis in hac vita videlicet primo a peccati infectione per originalem in utero sanctificationem et sacramentalis gratie plenam participationem et fomitis extinctionem et continue peccatorum emendationem. Iuxta illud Math. v. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Secundo a temporalium affectione per alienis castigationis et spiritualis exercitationis et mira vltime superelongationis que est omnia relinquere et seipsum superadere iuxta illud Luc. ix. Si quis vult venire post me abneget semetipsum. Tertio vero a virtutum anime extra se diffusione et dispersione non per ymaginabilium ad ymaginabilibus abstractionem et per actuum ipsius

divine unionem et inferiorum in
superiores reduccionem et conversionem
sed per passionum consopicionem
et cessacionem sine raptu vel
extasi et stupore cum libera
mentis meditacione. Iuxta
illud ps. Meditatus sum nocte
cum corde meo, i. in sopno
et quiete libere contemplacionis
et exercitabar et scopebam spiritum
meum, i. purgabam a vanis
et magis rerum corporalium yma-
ginibus a superfluis et noxiis
cogitacionibus et delectacionibus
et a fallaciis rerum dissilium pro
porcionibus et collacionibus. Cui
eciam fuit spiritum ad graciam
in contemplacione sua elevata
nullo retinente vel retrahen-
te sed adiuta deo condescenden-
te et attrahente et manu ducen-
te. Iuxta illud Cant. ii. Intro-
duxit me rex in cellam vi-
nariam etc. ubi fuit inebria-
ta ab ubertate domus dei et tor-
rente voluptatis divine pota-
ta. Preterea hoc quod in sua contemplacione
non vidit per speculum in enig-
mate sed per speciem in lumine
et lumine in lumine. Bernhardus. O
in summitatem mentis culmine
stetit, que tam mente devota
te se ad celi vestigia suble-
vavit, ut verbum quod erat
in principio apud deum de sinu
dei patris ad se et in se trahere po-
tuit. De octo modis quibus beata
virgo in sua contemplacione vidit spi-
ritualia et corporalia

Quia igitur beata virgo in hac
vita fuit in statu viato-
ris simpliciter et in statu com-
prehensoris secundum quid, consequenter
vidit in sua contemplacione partim
secundum statum supremi via-
toris simpliciter et partim secundum sta-
tum comprehensoris secundum quid.
Cum ita omnis cognicio de per-
tinentibus ad statum vie vel
patrie provenire habeat homini in
hac vita ex uno istorum novem
modorum, videlicet vel per naturam vel
per graciam vel per revelacionem vel
per inspiracionem divinam vel per
tam vel per experienciam propriam
vel ex speculo creaturarum vel
ex studio scripturarum. Beata virgo
in hac vita quantum ad ea que
pertinent ad statum patrie vidit
et cognovit in sua contemplacione
excellencius et compendiosius sine
sopore ac de super extasim
prophetarum super raptum Pauli
et super revelacionem Joh. in
Apok. io. Misterium trinitatis
et unitatis divine facie ad fa-
ciem et hoc per summam et spiritualem
graciam summe et proxime con-
iunctionis et familiaritatis cum deo et
ad deum. Per quam vero sopiebatur
in sua contemplacione sicut
Adam in statu innocencie
nec extasim paciebatur sicut
prophete nec trahebatur in
spiritu sicut Johannes in Apokalip.
Nec rapiebatur sicut Paulus tamen

esse nimis disposita et alleuia-
ta vel enata et purificata ad
inpoportunalitatem et excessum
luminis sue contemplacionis et
diuine revelacionis sed tamen
diuinitatis domestica et amica
manu ducebat in diuinitatis
archana Unde mire maria
soli prohibetur amicta que
profundissima diuine sapiencie
mercedem qua cerdi va-
leat intuitu et penetrat ut
quantum sine personali vnio-
ne pure creature concedo pa-
titur illi profunde abisso di-
uini luminis videatur immersa quia
non decuit ipso lumine con-
templacionis velud vestito
amiciri et velud vndique ipso
deitatis igne medio concludi
Quarto vidit contemplando sta-
tum glorie ecclesie triumphantis et
regni celestis et hoc in speculo
leccionis scripture et revelacionum
diuinarum Job xxviii. Omne
preciosum vidit oculus eius qui
profunda fluuiorum scrutatur est
et abscondita produxit in lucem
Tercio vidit in ipsa contemplacione
angelos et animarum suam perspexit
spiritum et omnem celestem yerar-
chiam et hic per naturam in summo
purificata et per graciam consumata
et hic subtilius quam ysayas vi-
derit ysa. vi. Vidi dominum sede-
tem super solium excelsum et
seraphyn stabant super tem-
plum et clamabat alter ad
alterum Sanctus sanctus sanctus dominus exercitu-
um plena est omnis terra gloria
eius Quarto quoque conspexit
post deum excellencius complemen-
misterium incarnacionis et hoc per
singularem graciam et personalem
experienciam que secundum Bernhardum
Soli sibi datum est plene
nosse cui soli datum fuit per-
sonaliter experiri Iuxta illud luce
ii. Maria autem conseruabat
omnia verba hec conferens in corde
suo Quinto eciam cognouit et
sciuit terminum sue predestinacio-
nis et hoc per eam revelacionem
diuinam quam sciebat se ma-
trem dei quam impossibile et in-
conueniens esset alibi nisi in
regno sui filii et ipsius dex-
teram perpetuo collocari secundum
illud iii. Regum ii. primo positus
est thronus matri regis iuxta
regem que sedit ad dexteram
eius etc. Sexto vidit et cognouit
et sciuit sue contemplacionis
omnia adstanti aut facienda
et preficiencia in hiis que cre-
denda sunt et agenda et hoc per mi-
sterium et sacre scripture sciam
et leccionem Iuxta illud Osee ii. Ego
lactabam eam et ducam eam
in solitudinem et ibi loquar
ad cor eius Septimo vidit
in sua contemplacione omnia
data se et electos futura et hoc per
specialem revelacionem Capitulo
amoris per abraham de quo dixit
dominus Gen. xviii. Non celare po-
tero abraham que facturus sit

ingentem magna et robustam
a benedicendo sic in illo omnes na-
tiones terre etc. Et ipsa fuit sic-
ut una mulier omnium et in ipsius ve-
tris fructu benedicendo erat
et benedicte fuit omnes generationes
electorum Juxta illud Luc. i. Beatam
me dicent omnes generationes
Quia fecit michi magna
qui potens est et sanctum nomen
eius Quarto beata virgo in sua conte-
platione omnia tam facta et etiam
futura vidit et presciuit. Octavo
vidit et cognovit in sua con-
templatione omnes creaturas
stantes et totius mundi et
ecclesie constitutionem et gubernationem
et finalem consumationem et hoc
per inspirationem et revelationem
et scripturarum cognitionem et lectionem
Ut patet a minori per danielem
cui dictum fuit Daniel. x. Do-
cebo te que ventura sunt
populo tuo in novissimis
diebus et annunciabo tibi quod
est expressum in scriptura veri-
tatis quia vir desideriorum es
Et ipsa fuit mulier desideriorum
desiderans et sollicitans pro
statu et salute totius milita-
tis ecclesie quia ipsa cottidie
subvenit vivine gratie mi-
nante domino et misericordiam in perpe-
tuum desinet subvenire iuxta
illud Eccli. xxiiii. Non desi-
nam in progeniem illorum
usque in evum sanctum etc. Quinto in
illa sua contemplatione vidit

et cognovit statum et guber-
nationem et consumationem omnis
creature stantis et totius ec-
clesie militantis que in fu-
damento mitorum mulieris ipsius
regime nunc imperpetuum sus-
tentatur apud deum Quali-
ter enim quibus beata virgo post
ascensionem domini conversata fuerit
Iste ergo secundum ordinem capitulo-
rum positum prelibatis et pro-
missis de vita activa et
contemplativa beate virginis
restat pertractare illas reli-
quas questiones in principio
sedem partis huius operis posi-
tas et promissas videlicet quali-
ter enim quibus beata virgo post
ascensionem domini fuit conversa-
ta et quanto tempore de mansione sub
cura Johannis evangeliste mansit
et utrum aliqua signa de mansione
in hac vita adhuc manens
fecit et quia vita ipsius et
miracula signa fecit pro illo
tempore aliqua scriptura aute-
ticam conscripta et dedicata non
fuerint. Ultimo vero quid
de ipsius transitu et de assumptione
in anima et in corpore secundum
sobria et piam fidem et doc-
trinam ecclesie sit sentiendum
et tenendum Qualiter vero et
cum quibus fuit conversata post
reditum et ascensionem domini post
spiritus sancti ~~missionem~~ adventum
et descensione super apostolos Le

invitacionis verbis Lucas Act. primo
dicit expresse quod cum ceteris
~~verbis~~ sanctis mulieribus et cognatis
tis suis que dominum a Galilea
secute fuerant conversata fuit
cum apostolis sub cura Johannis ewangeliste
cui a domino fuerat
commendata ut virgo virginem
conservaret et curam eius
subpeditaret, qui usque ad
suum ipsius transitum de hoc
mundo fideli et condigno ministerio
et obsequio ministravit
ut de hoc supius dictum fuit.
Quanto vero tempore usque
ad suum obitum sub cura Johannis
manserit ad huius
inquisitionem et inventionem
eius quod circa hoc magis probabiliter
dici potest. Duo sunt prius
premittenda tanquam huius investigationis
et inventionis
fundamenta. Primum est quod beata
virgo in Jerusalem obierit et in valle
Josaphat sepulta sit, sicut
Jeronimus plane dicit. Secundum vero
est quod sub cura Johannis ewangeliste
usque ad obitum semper
mansit. Necesse ergo est
quod sciamus hic an obierit ipse
Johannes de Jerusalem in Asiam ad
predicandum transmiserit, et an quando
Petrus de Anthyochia Romam
ibidem usque ad suam passionem
mansurus pervenit. Hoc autem
patet ex eo quod Dyonisius in libro
de divinis nominibus capitulo
Expresse dicit quod in transitu beate

virginis interfuerant Petrus et
Jacobus frater domini sic loquens
ad Thymotheum: Nos enim ut
nosti et ipse et multi sancti fratrum
nostrorum convenimus ad visionem
corporis vite principis
quod dominum suscepit. Aderat
autem et frater domini Jacobus et Petrus
summa et perfectissima
theologorum sublimitas etc.
Et addit quod magister suus Jerotheus
ibi fuit et quod singuli sermones
laudentes ibi fecerunt
et quod Jerotheus in extasim raptus
fuit. Petrus autem et Johannes
post passionem domini
~~ascendit ierosolimam videre~~
Anno xxviii adhuc Jerosolimis
erant quod patet quia dicit ad Galathas
capitulo principio quod Paulus
post suam conversionem anno tertio
post passionem domini ascendit
ierosolimam videre Petrum et
mansit cum eo diebus xv.
Et deinde post annos xiiii iterum
ascendit Jerosolimam et contulit
ewangelium cum Jacobo et
Petro et Johanne et una cum Barnaba
accepit ab eis societatem
et communionem et apostolatus.
Apostoli vero anno xiiii post
passionem domini fuerunt per orbem
divisi et Petrus postquam
post divisionem apostolorum per maiores
annos adhuc manserat in
Judea iam venerat Romam.
Johannes in Asiam ut scribit
in ecclesiastica hystoria quod ipse

cipies est Iux hac oputatio
vt bta virgo obierit ierlimis
anteq petrus vltimo veni
ret romam et Johes in asya
pdicaret pz q id intelligenda
de dormicione bte virginis
scribe q apli ad ipius bte
virginis obitum de omib
ptibus mundi ad quas diui
si fuerant sunt miraculose repo
situm est quantu ad auctori
tatem nescitur quis illam
legem scripsit et quantu ad veri
tatem quia repugnat ei
q dyonisius vt supra dcm
est scribit petru et iacobu
ibi interfuisse no faciendo
de aliis quibus aplis mencio
quia si aliqui eorum ibi etia
presentes fuissent vtiq similiter
expressissent Johanem vero
nominauit eo q ipm ibm
interfuisse tamq custodem
et procuratorem virginis dubiu
nullu esse potuit sic et
Jeronimus scribit ipm Johem
bte virginis curam semper
vsq ad ipius transitu habuisse
Consequens est secundum predic
tam racionem et oputacionem q
bta virgo post passionem dni
transiuit de hoc mundo infra
spaciu illorum xiiij annorum post
passionem dni cu petrus et
Johes ad huc erant vti
predcm est Jerlimis constituti
ex eo q petrus et Johes secundum
dyonisium adeunt transitum

et exequias interfuerunt licet enim
pium sit crede q omnes apli
de ptibus diuersis ibi virtute et
voluntate diuina potuerunt
congregari vt habetur in predic
ta legenda apocrifa vtrum tamen
ibi fuerunt congregati dubita
re non est ipm propter incertitudi
nem illius legende et auc
toris ipius Quoto anno post
ascensionem dni bta virgo transierit
Quo vero ex hoc mundo
anno illius temporis xviij
annorum post ascensionem dni
bta virgo transiuerit de hoc mu
do satis est incertum et difficile
inuenire et temerarium dif
finire ad huius autem dubii
inquisicionem secundum aliquam pro
babilem coniecturam q de hoc
hic non potest certa et determinata
vitas oportebit recurrere ad x
iiij annorum que bta virgo
circa post probabiliter attigisse
eam concepit et pepit xpm Illo
enim mino habito quacunq co
iectura vel probabili racione
et additis annis etatis xpi vsq
ad sua passionem de incepto
reliquum tempus vsq ad xviij
annum vel infra et nequaqua
vltra secundum predicta racionem oputa
cionem Et nondum q secundum
istam oputacionem sequendo id
q dicitur in Epla ad galathas q
paulus post xviij annos
a sua conuersione ad huc inve-

nerit petrus Jerosolimis cum Ja
cobo et Johanne nequaquam
potest stare id quod communiter dicitur
quod petrus postquam Anthio
chie sedit vij. annis Anno
iiij° Claudii Imperatoris ve-
nit Romam et ibi sedit. xxv.
quia annus quartus Claudii
fuit post passionem annis xv
Nisi dicatur quod petrus bis fue-
rit rome itaque prima vice
de roma rediens in iherusalem
et deinde iterum fuit reversus ro-
mam et ibi passus Quot
annorum fuit beata virgo dum
xpistum concepit et quot annorum
cum xpistus passus fuit

Supposito ergo secundum quod
dicit Anshelmus in sermo
ne de beata virgine qui inci
pit Omni die etc. Quod gratia
quam spiritus sanctus in beata virgine
incepit etiam incepta cre-
xit et auctam confirmavit
ut sic per tempus incrementa
corpore ita quoque mente
cresceret augmentata gratia
et virtute etc. Necesse est eidem
presupponere et tenere quod beata vir-
go plenitudinem gratie quam an-
gelo teste inesse sibi perfecta
habuit cum ei conceptionem et
partum filii dei nunciavit
Ecce concipies et paries
filium etc. non similiter et simul
Sed per gradus et augmenta virtu-
tis assecuta fuit secundum spiri-
cotidie de virtute in virtutem
pro monente et procedere sancte-
te videlicet primo in utero originali
sanctificatione Secundo ex utero gra-
tiarum infusione Tertio in vi-
ta et opere virtutum exercitatione
Quarto angelica salutatione
et allocutione et divini oracu-
li ac misterii incarnationis inun-
ciatione Quinto sui ipsius hu-
miliatione et fidei ac consensus
prestatione cum dixit Ecce an
cilla domini fiat mihi secundum verbum
tuum Septimo voluntario spiritus sancti
superventione et filii dei conceptione
per quam ipsa fuit plenitudo omnis
gratie consumata etc. Ergo consonum
est hoc credere et tenere quod tunc cum
filium dei angelo annunciante
concepit perfecta fuit etiam secundum
naturam corpore et etate quia sicut
gratia naturam supponit Ita per
fectio gratie presupponit perfectionem
nature cum igitur in mulieri-
bus tempus ultimum usque ad quod
potest concipere et parere determinatum
sit a physicis usque ad .l. annos
Tempus vero minimum usque ad xij
annos Inter hec autem duo tempora
temporis medium sit perfectissimum
quod est sumendum per additionem me-
dietatis. xxxviij°. que est xix
cum ad xij annos qui fuerunt
xxxi. annos ergo beata virgo
secundum predictam estimationem sup
posita perfectione media concepta

sui corporis et etatis ad conceptum et partum perfectissimum satis probabiliter credi potest tunc fuisse etatis xxx annorum cum baptizatus fuit a Johanne Et deinde secundum supputacionem extractam ab evangelio Johannis passus fuit antistite suo anno xxxij Et dicto anno tunc currente est a die passionis et ab incarnacione sua que facta fuit a die annunciacionis hora vj Anno xxxiiij completo Ita quod eadem die et hora conceptus et manifestatus fuit in virginis ventre et extentus et mortuus in cruce completis xxxiiij ... annis a die concepcionis et incarnacionis usque ad diem passionis Cum igitur beata virgo in concepcione tunc xxx annos fuit secundum predictam computacionem et ex alia parte die concepcionis sue usque ad diem passionis completi fuit xxxiiij annorum Relinquitur quod beata virgo in passione domini fuit etatis sue annorum lxiij

Et quot annorum etatis sue fuit beata virgo dum obiit

Quanto autem tempore deinceps vixit sub cura et custodia Johannis usque ad sui beati transitum de hoc mundo licet de hoc nulla scriptura autentica esse potest a simili sic potest accipi Quia cum sicut dicatur ex post his huius rei veritas nesciatur quod tamen debet verissimus ex post a simili sic potest accipi Quia tamen sic dicit Augustinus super epistolam Johannis respectu mortis expectande et suscipiendi alia et alia sunt attendenda in eis quia sunt imperfecti quia imperfecti mortem penitus non desiderant sed magis venire tempore patiendo tollerant perfecti vero vitam penitus non desiderant sed in paciencia et mortem in desiderio qualis fuit paulus qui dicebat Cupio dissolui et esse cum christo manere autem in carne necessarium propter vos Ad philippenses j Cum igitur beata virgo post ascensionem filii in sua meditacione et contemplacione desiderio amorem ipsius ineffabilibus urgeretur affectibus tamquam habens vitam penitus in paciencia et mortem in desiderio sic patet ex verbis Simonis supius positis in prima auctoritate Quibus et qualibus beata virgo afficiebatur doloribus et in tali quod incipit et quia ut supius habitum est tamen beata virgo desiderio et amore filii non pro dolore corporali mortua fuit Iuxta illud Canticorum v filie ierusalem nunciate dilecto quia amore langueo etc. Verisimile est quod filius suus ipsius votum ad te de hac vita post suam ascensionem nequaquam in longius distulit quia ut dicitur proverbiorum xiij Spes que

eius discipuli affligit animas satis convenientes potest ad sustinendum ut scribit Bartholomeus quod secundum quasdam revelaciones factas quibusdam sanctis et devotis temporibus recentioribus beata virgo post ascensionem domini xii annis vixit in domo Johannis ewangeliste sub eius cura constituta. Ita quod totum tempus quo in hoc mundo vixit lxiii annos fuit, ut eius vita et doctrina hoc misterio numero septiformis gratie esset credentibus et fidelibus primitive et nascentis ecclesie ad profectum et principaliter beate virginis tempus consummatum ad assequendum completo modo septenarie ultime perfectionis consummationis sive gradus.

Utrum beata virgo in hac manens miracula aliqua fecerit

Utrum vero beata virgo pro illo tempore in hac vita aliquas virtutes et miracula fecerit et si fecit quare de causa non fuit memorie per aliquam scripturam autenticam commendata. Super hoc sciendum est quod miracula non sunt tamquam signa sanctitatis et meritorum facientium ipsa miracula, sed tantum iudicia divine voluntatis et dispensationis cura utilitatis quorum fuit dicuntur ipsa miracula. Unde ut dicit Gregorius: Multi sunt non facientes miracula insignia quorum vita miracula facientibus non est dispar in meritis. Unde circa ista gratia facienda miracula et gratia prophetie communis est bonis et malis sicut de quibusdam reprobis legitur in fine dicentibus illud quod habetur Mathei vii: Nonne in nomine tuo demonia eiecimus et signa fecimus etc. et Balaam et Kayphas gratiam prophetie leguntur habuisse. Propter quod sciendum quod gratia miraculorum in primitiva ecclesia dabatur propter veritatem fidei confirmandam iuxta illud Marci ultimo: Illi autem scilicet apostoli profecti predicaverunt ubique domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis. Unde super illud Luce ix: Convocatis Ihesus xii discipulis dedit eis potestatem et virtutem super omnia demonia et ut languores curarent etc. dicit Glosa: Recte gressa primum discipulis potestatem signorum misit eos predicare ut magnitudinem promissorum attestaretur magnitudo factorum et nova facerent qui nova predicarent etc. Et hoc ideo congruit quia necessarium tunc fuit ut virtute miraculi augeretur numerus credencium. Unde subiungit Glosa ibidem quod ideo nunc est postquam crevit in ecclesia multitudo fidelium multi sunt qui integram virtutum vitam tenent et signa virtutum non habent tamquam iam confortata fide et virtute signorum non necessaria existente. Unde patet quod predi-

cantibus eum tunc spiritualiter et in initio
credebatur propter miracula predicantibus ad fidem confirmandam
Ita etiam hodie ad memorias martirum
et sepulchra sanctorum fiunt miracula propter
duas causas videlicet propter fidem resistendam
et propter vitam sanctitatem aliquorum sanctorum declarandam. Cum
aliqua provincia vel regio populus incipit in fide devotione
addere et ad sanctos deficere
et tepescere deus misericors per istos
ad fidem et devotionem aliquibus
signis et miraculis resuscitat
et reaccendit ad minationem terrendo
malos et confortando et
consolando bonos unde super id
quod legitur Judicum vii. de Gedeone
quod complosis et confractis lagenis
diffusus est ignis qui latebat
in eis dicit Gregorius quod hic significat quod
signorum quod sanctorum corporibus in hac
vita per mortem resolutis apparent
mortem ipsorum vita in miraculis
etc. Hoc autem non solum ad memorias
et invocationem sanctorum qui
iam per mortem de hoc mundo
ad celum sunt translati sed etiam
factum est et iam fieri visum est
de multis sanctis ad huc manentibus
in hac vita ad fidem et
devotionem fidelium excitandam
et ipsorum sanctitatem declarandam.

Quare miracula si que fierent non sunt scripta sed
...? Pallium mutatores
tores.

ut dicit Augustinus libro x. de civitate
dei. miracula que divinam religionem
commendant sive per angelos fiunt sive per eos qui
deum vera pietate colunt et
diligunt ipso deo in illis operante
fieri credendum est etc. Et
tamen iam declarate sunt tres
causae propter quas deus facit
et concedit miracula fieri videlicet
propter confirmandam fidei veritatem
sic gestum fuit apud apostolos
et apostolos predicantibus fidem vel
propter iam credentium excitandam
et accendendum fidei tarditatem
et tepiditatem sic sepe fiunt
ad memorias et sepulcra sanctorum
vel propter invocata suffragia ipsorum
vel propter declarandam
post mortem miracula facientis
personae sanctitatem et dignitatem
sic factum est de Johanne baptista
Qui cum in vita sua nulla
miracula fecerit ne forte Christum
esse ab omnibus crederetur qui
cum sic prophetam habebant post
mortem claruit et hodie claret
maximis miraculis ad
confirmandum testimonium salvatoris
de ipso quod inter natos
mulierum nemo maior illo
surrexit. Quantum ad primum
et ad fidem causam predicatur
et non in ... dicitur
quod si beato Johanni in hac vi-

ta adhuc manens miracula a-
qua non fecit hoc protinus
miroemes aut incongruum
non fuit quia predicatio fi-
dei ad eius confirmationem con-
cedebatur. Sed potestas miraculorum
ad beatam virginem non per-
tinuit quia sexui muliebri
predicationis officium non co-
petit nec ipsam ad predican-
dum destinare decuit.
Nec etiam erat in causa filii
testis esse debuit. Si vero
fecit aliqua miracula que
filius suus per eam fieri con-
cessit ad ipsius sanctitatem decla-
randam et dignitatem veneran-
dam et ipsam matrem hono-
randam ut pie et condigne cre-
di potest et debet quamvis hui-
usmodi miracula non sint a-
liqua scripture autentice commen-
data. huius causa etiam mul-
tiplex esse potest. Prima ratio
est quia infinita etiam apostoli
minore fidem et confirmatores
fidei gestorum et dictorum mille
scripture de dictis et gestis sal-
vatoris et de hiis que ad ini-
cia fundamenta nascentis ec-
clesie pertinebant in auctoritate
admittebantur et recipiebantur
Nisi sancti spiritus instinctu conscrip-
ta et communiter essent laudata
et approbata. Unde et apostolus paulus

hoc innuens dicit evangelium luce dicit
cuius laus eius est in evangelio con-
scripta per omnes ecclesias et super illud
in prologo ipsius luce super
evangelium. Quoniam quidem multi
conati sunt ordinare nar-
rationem rerum etc. dicit Ambrosius
Multi conati fuerunt ex scriptis
non ex instinctu spiritus sancti scri-
bere voluerunt etc. propter quod etiam
ipsorum evangelia non sunt recepta
ab ecclesia sicut dicit Ieronimus in prologo
sui commenti super matheum
Secunda ratio quia ut dixi princi-
pio huius operis dixi evangeliste
in scribendis evangeliis in-
tendentes veritati et brevitati et
necessitati scribendorum attestandum
et confirmandum ihesum fuisse et es-
se christum dei filium in lege et prophetis
promissum secundum illud Iohannis
ultimo Hec autem scripta sunt
ut credatis quia ihesus est christus
filius dei etc. Sane et congrue si
hoc fuit intenti hoc solum scri-
bere et nimie de matre ihesu quod
ad veram incarnationem et virum
virginitatem ipsius contestandum
videbatur pertinere propter illum
articulum fidei ex evangelio
sumendum quod ihesus christus con-
ceptus est de spiritu sancto et na-
tus ex maria virgine. Ad hoc
aut attestandum mirabilia vel
alia dicta et gesta ab ipsa vel

cta ipam beatam virginem non vi-
debant de necessitate exigi vel
requiri. Tercia causa est quia quamvis
ihesum xpistum fuisse verum hominem
nulli dubium esset ipsum vero
simul verum deum et hominem fuis-
se mundo potius esset in dubio
propter hoc evangeliste et maxime inter
alios et post alios Johannes ad
hoc principaliter intendebat ut ita pre-
cipue scriberent ex quibus diuinitatis
xpisti et immortalitatis post resurrectionem
testimonium sufficiens perhiberent
et perhiberent. Propter de humanitate
xpisti quamvis hinc exemplaria contenti
erant illa sola ponere que ad
ihesu xpisti veram humanitatem et ma-
rie veram maternitatem et virgini-
tatem inveniendam sufficerent
et viderent humanitatem ihesu xpisti
iudicia que in carne appare-
bant non obmittere sed tamen
diuinitatis que sub carne late-
bat testimonia precipue inten-
tare et immortalitatem eius
post resurrectionem confirmare sicut dicit
glosa super illud ii° Cor. v^to
Et si cognovimus xpistum secundum car-
nem sed nunc iam non novimus.
Unde de vita et conversatione et ges-
tis beate virginis que mater xpisti
erat secundum carnem mortalem de
ipsa assumptam obmiserunt
plura scribere volentes ex principali
proposito ea que ad declaran-
dam xpisti diuinitatem et immorta-
litatem post resurrectionem pertinebant
scribendo testari et confirmare fu-
isse tamen aliquos qui gesta et mira-
cula beate virginis conscripserunt
nullatenus dubium sit sicut Bar-
tholomeus esse apud grecos
librum quendam quem Johannes evangelista
post transitum beate virginis de
ipsius vita conversatione et dormi-
tione scripsit de quo libro aliqui
latini viri eruditi aliqua
transtulerunt in linguam latinam
que non tamen propter dubitationem
de veritate quorundam propter incerti-
tudinem de auctoritate fuerunt
sunt inter apocrifa reputata.
Nichil vel parum tamen refert sicut
verbum apostoli ad Phylippenses i
Dum potum sive per veritatem
annunciato glosa virgo mater dei
laudetur et laudes eius am-
plificentur et in ipsa devotio eius
excitetur. ¶ Incipit tractatus
quartus de gratiis spiritualibus circa ortum
et nativitatem scorum

Predictis
peractis ad laudem et honorem
gloriose virginis in tribus pri-
mis huius opusculi tali per
tractatus restat in hac quarta
parte ex hiis que ad eius conver-
sationem et vitam et statum eius
in hac vita usque ad beatum tran-
situm eius ad gloriam regni ce-
lestis inclusive videntur pertinere
aliqua recapitulando breuiter

pro scripture et videre Illorum autem
quedam videntur pertinere ad
ipsius beate virginis ortum et
introitum in mundum Que-
dam vero ad ipsius progres-
sum in mundo Alia autem
ad ipsius exitum de hoc mundo
et statum ipsius in celesti regno
Si enim aliis sanctis testis dei
non defuerit ultra communes
gratias sanctorum aliquas gracie spirita-
les circa ortum suum et introitum
in hunc mundum et progressum
in mundo et exitum suum de hoc
mundo iuxta illud psalmus Dominus cus-
todiat introitum tuum et exitum
tuum ex hoc nunc et usque in seculum etc.
Multo dignius credendum
beate virgini gratias huiusmodi ex-
cellencius et cum omni pleni-
tudine affuisse iuxta verbum
Johannis damascenum qui dicit
quod ipsa beata virgo in nulla gratia
ab aliquo etiam illustrium sanctorum
vincitur que ei congrue et condigne
potuit convenire Gracie ita-
que speciales quibus aliqui sancti
ortu suo circa ortum fuerunt ho-
norati et privilegiati sunt iste
videlicet quod aliqui fuerunt pre-
figurati in figuris vel creaturis
vel factis sicut Johannes baptista
in helya fuit prefiguratus
iuxta illud luce primo et ipse precedet
ante illum in spiritu et virtute he-
lye Et matthei xvii Helias iam
venit et non cognoverunt eum

si fecerunt in eo quecumque voluerunt
Tunc intellexerunt discipuli
de Johanne baptista dixisset eis
Aliqui etiam fuerunt prophetati
et prenunciati ut ysaac Genesis xviii
Revertar veniam ad te tempore isto
et habebit Sara uxor tua filium
Et sampson Judicum xiii Con-
cipies et paries filium cuius caput
non tanget novacula erit
enim nazareus dei ab infancia
sua etc. Item Josias iii Regum
xiii Ecce filius nascetur do-
mui Juda Josias nomine et
ymolabit super te sacerdotes
excelsorum Item Johannes bap-
tista luce primo Ne timeas zacha-
ria exaudita est oratio tua
et elyzabeth uxor tua pariet
tibi filium et vocabis nomen eius
Johannes etc. Aliqui etiam fuerunt
miraculose concepti sicut ysaac
de quo dixit pater eius Genesis x
vii ~~miraculose concepti sicut~~
~~ysaac de quo dixit pater eius~~
Putas ne centenario nascetur
filius et sara nonagenaria
pariet etc. Similiter Johannes bap-
tista fuit miraculose conceptus
sicut dicitur luce i. Propter quod videns
zacharias dixit ad angelum
unde hoc sciam Ego enim sum
senex et uxor mea proces-
sit in diebus suis etc. Que
conceptiones licet non fuerunt super
naturam vel contra naturam fuerunt
tamen facte preter naturam et re pro
missionem operante natura su-
periore in inferiorem secundum voluntate

Quidam etiam fuerunt in
utero sanctificati. Ieremias fuit i
utero sanctificatus Ieremie primo.
Priusquam te formarem novi te
et antequam exires de vulva sancti-
ficavi te etc. Similiter Johannes
baptista fuit in utero sancti-
ficatus Luce primo Erit magnus
domino et spiritu sancto replebitur adhuc
ex utero matris sue etc. Hee autem
gratie videlicet presignationis
prophetationis premonitionis
et miraculose conceptionis in
isto. Ideo dicitur specialis gratie
quia quorundam sanctorum ortum
et nativitatem pre aliis sanctis spe-
ciali magnificant et decorant
et speciale etiam ipsos meriti
et officium insinuant et commen-
dant. **Qualiter beata virgo presignata**
Beata. **Fuit presignata**
Beata itaque virgo que secundum
damascenum a nullo illus-
trium in aliqua gratia superatur
predictis quoque gratiis etiam sua
conceptionem et ortum et nativitatem
fuit super omnes alios magnifi-
centius decorata. Primo enim
fuit miraculosius et prefiguratis ex-
cellencius presignata sicut patet
Nam secundum allegorias sanctorum
et expositorum in ipsa et ex ipsa et
per ipsam operibus creationis quibus
perfectus et ornatus est mundus unus
venitum ad esse nec prudent
creationis quibus completa et or-
nata est tota res publica et
continentia universalis ecclesie mi-
litantis et triumphantis secundum esse
gratie et glorie. Iuxta illud Ysaie lxv°.
Ecce ego creo celos novos et
terram novam et priora non erunt
in memoria et non ascendunt
super cor. Sed gaudebitis et exul-
tabitis usque in sempiternum in
hiis que ego creo. Ierusalem in
exultationem et populum eius in gau-
dium etc. Ipsa enim beata virgo in
operibus creationis est id ecclesie
militantis celum novum et terra
nova. Celum videlicet altissima
dignitate et terra profundissima
humilitate qua deum de celo in te-
rram traxit et in filio suo terra
super celum exultavit. Item
Item celum novum puritissima
et perfectissima virginitate qua
angelorum puritatem et mundiciam
superavit et terra nova castis-
sima fecunditate qua simul
virgo et mater fieri fuit pos. Bene-
dixisti terram tuam avertisti
Ibidem dominus dabit benignitatem
et terra nostra dabit fructum suum.
Et ipsa est firmamentum celi po-
situm in medio aquarum etc.
i. in medio gratiarum quod aquas
superiores ab inferioribus divi-
dit quia habent aliquid commune
utrisque quia cum superioribus
habuit in hac vita statum com-
prehensorum secundum quid cum inferio-
ribus i. cum sanctis militantis
ecclesie statum viatorum simpliciter
quia cum superioribus habuit continuum
profectum. Cum inferioribus

merendi condicionem. Cum superio-
ribus serenitatem contra casum.
Cum inferioribus possibilitatem
ad mutuum. Cum superioribus
contemplationis glorie exultationem
cum inferioribus miserorum miserie
compassionem. Et signatum est
Josue xv°. Et tunc Caleph de-
dit Axe filie sue terram aus-
tralem et arentem, id est virtutes
et gratias vie que adhuc labo-
rant in spe. Addidit et irri-
guam, ut haberet irriguum
superius et inferius, id est virtutes et
gratias per modum patrie secundum
perfectionem et per modum vie secundum
merendi condicionem. Item ipsa est
mare, id est magnum et spaciosum,
de quo dicitur Ecclesiastes primo: Omnia
flumina intrant mare, id est omnia
fluenta gratie in Mariam. Unde
ut dicitur Genesis primo: Congregationes
aquarum appellavit deus ma-
ria, et hoc hystorice. Sed mysti-
ce congregationes gratiarum ap-
pellavit deus Mariam. Ecclesiastici
xxiiii°: In me omnis gratia
vie et veritatis, in me omnis
spes vite et virtutis. Item in
firmamento ecclesie, de quo dicitur
in psalmo: Erit firmamentum in terra
in summis montium, id est in dig-
nitatibus sanctorum. Fecit deus et po-
suit deus magna duo lu-
minaria, videlicet Christum solem iusticie
et lunam, id est beatam virginem

Mariam, que sit luna facta
propter diei et noctis distinctionem
et propter noctis illuminationem et prop-
ter diurni laboris requiem
et consolationem et propter solaris lu-
minis et ardoris contemperationem,
quia ardorem et lucem eius
aliqui debilis visus ferre non
possunt. Ita beata virgo posita est in
ecclesia ut sit post Christum solem
iusticie lucidissima ab ipso
immediate super omne lucidum
excellentius illuminata, ut sit
in tenebris huius mundi lux
errantium, quies laborantium,
solacium operantium fatigatorum,
refrigerium infirmorum, obum-
braculum refrigerans obumbr-
ans quos suis radiis ar-
guit et reputavit sol iusticie.
Item ipsa est paradysus vo-
luptatis in oriente posita, que
deus ab initio sue predestina-
tionis et mirifice preparationis
plantavit ad florendum et
fructificandum suavitatem o-
doris et flores virtutis et hones-
tatis, in qua paradyso mysti-
co possunt delectari homines, Christum
que in ipsa et ex ipsa formavit
spiritu sancto operante. Ecclesiastici xxiiii:
Ego quasi fluvius dorix exivi
de paradyso, rigabo ortum
meum plantationis et inebria-
bo partus mei fructum. Item ipsa
est rubus ardens materia fe-
cunditate sed non consumptus

filius virginis. Exo. iii°. Item
mons de quo precisus est lapis
sine manibus, i. Christus conceptus
sine humanis seminibus. Daniel
ii. Item porta clausa prin
cipi ingredienti et egredienti
i. filio summi regis concepto et in
ipsa concepto et nascenti. Ezech.
xliiii. Item vellus gedeonis
sub ariditate virginitatis compluti
et infusum rore diuine instituti
materne fecunditatis. Judith vi.
It. fons paruus qui cre
uit in flumen maximum regali
et celesti dignitate et potestate. Hest.
xi°. Item porta templi spon
sa per qua est introitus clausus in
sancta sanctorum. Apoc. xii°. It. mulier
amicta sole diuine claritatis habens
lunam, i. naturam humane mu
tabilitatis et mortalitatis sub pe
dibus suis iam collocatam in gloria
incorruptibilitatis et coronam
stellarum xii in capite suo, i.
xii priuilegia gratiarum et donorum
que ita competunt ei quod nulli
alii. Item ipsa est arcus vi
ridis positus in nubibus
celi in signum propiciationis ne
aquis diluuij deinceps vlterius
deleat deus mundum propicius.
Gen. ix. It. ipsa est archa tes
tamenti federis continens
manna de celo datum, i. Christum
deum hominem verum et duas ta
bulas scilicet vnam veteris aliam
noue scriptas digito dei in corde

et virgam directionis vel sceptrum mee
et de qua potest virgam virtutis
tue emittet dominus ex syon do
minari in medio inimicorum tuorum.
Item ipsa est mensa candela
brum illuminationis propiciatorium
impetrationis templum sanctificationis
et oblationis thronus glorie
sedes regni mei corona to
tius celestis glorie sic hec omnia
patent in allegorijs suis.
Ipsa est etiam illa clara beata ste
rilis contra ad incorruptam
virginitatem et generosa contra
ad virginalem fecunditatem.
Juxta illud Eccli. xxiiii. Transite
ad me omnes qui concupiscitis
me et generationibus meis im
plemini etc. que nobis virum ysa
ac de risu luctu ade miseri
et gaudium hereditatis celestis
regem peperit. Juxta illud Gen.
xxi. Risum fecit michi deus
quicumque audierit corridebit michi
etc. It. ipsa est illa rebecca filio
abraham patris omnium per fidem
per nuncium Gabrielem archangelum
desponsata virgo pulcherrima
et viro incognita ut dicitur Gen.
xxiiii. Ipsa est Rachel illa de
cora facie et venusto aspectu
quam verus Jacob dilexit et pro
ea pro seruiuit vii annis hoc
est completis temporibus legis nature
et legis moysayce et videbatur
ei dies pauci pre amoris magni
tudine. Gen. xxix. Ipsa est illa

hester coniugata et copulata
vero assuero regi et ne btitu-
dinis Assuerus enim interpretatur
omnes mulieres vt d[icitu]r hester
ii[o] Ipsa ita e[st] Judith egregia
vidue que sue castitatis pr[opter] p[o]p[u]lo
p[o]p[u]lum dei liberauit ab i[nimic]o vero holo
ferne dyabolo qui p[er] infirmitatez
sua[m] primum hominez fecit desce[n]-
de[re] a paradyso / holofernes enim
interpretatur infirmitas discessionis
cui[us] caput ipsa contriuit dum
electorum principatum quem tenuerat
ab eo abstulit Gen iii[o]. Ipsa
conteret caput tuum Ceterum in
numerabile esset et p[er] omnes impos
sibile omnia enigmata et alle
gorias illas ex p[ri]me quibus
beata virgo est in figuris p[re]figurata

Rursum rectissime figurata

et p[ro]phetata quorum tot sunt mori
et gn[er]a quot celi sydera quia
quot stellas deus posuit in
firmamento huius mundane machi
ne tot gratias contulit in ornamentum
tum virginis gloriose Qualiter
beata virgo nascitura fuit annunciata

Quod enim tertia [con]clusio sexti Capitulum
beata virgo fuit annuncia
ta mundo nascitura et in luce
huius mundi proditura lucem
illum veram mundo paritura
que illuminat omnem hominez
venientem in hunc mundum
probatur r[ati]one et auctoritate primo quod
r[ati]one superius a minori potest
hoc videri Nulli si ipsa a
nullo illustrium vincitur Alii
aut quidam illustres sunt
annunciati in mundum nascituri
sicut ysaac et sampson et Jo
sias in veteri testamento et Johannes
baptista in nouo vt supra
est dictum ergo et beata virgo ill[is]
dignior etiam dignius ho
norata est ista gratia Item xpc
natus in mundo fuit Sol
iusticie cuius p[re]nuncia semper tenuz
fecit mundo die ergo Malach
iiii[o]. vobis timentibus nomen me
um orietur sol iusticie etc. So
lem vero orientem precedit lu
cifer et aurora diem p[re]nunci-
ans Johannes vero baptista fuit
lucifer precedens xpm solem
iusticie Juxta illud Johannis i[o].
Non erat ille lux sed vt testimo-
nium perhiberet de lumine Item Joh
v[to] xpus dixit de Johanne Ille
erat lucerna ardens et lucens
ps paraui lucernam xpo meo
Si ergo Johannes fuit lucifer quod
beata virgo fuit aurora xpm
solem iusticie p[re]nuncians Au
rora vero est luci solis p[ro]pin
quior et similior quam lucifer
p[re]veniens et p[re]nuncians xpm
solem iusticie ergo multo dig
nius beata virgo Item p[re]nun-
ciatio aurore est congrua et
necessaria et commoda quia ortus
aurore est noctis terminatio quam
desiderat infirmitates Job xxx[o]
Nocte os meum perforatur dolori
bus et lucas inchoatio quam de
siderant laborantes et luctantes
Gen. xxxii. Dimitte me Ja

em aurora ascendit et solis ap
pinquat quod gaudent operantes
ps ortus est sol etc. Et sequitur
exibit homo ad opus suum
etc. Ad ortum itaque aurore
tria beneficia conferuntur mundo
Primo tenebre irrorato unde dicitur
aurora quasi aurum rorans vel a
ere rorans Secundo aeris purificatio
quia noctis nebule fugantur
et consumuntur surgente auro
ra Unde dicitur aurora quasi aurea
hora Tercio omnium nocentium fu
gatio et omnium viventium letifi
catio sicut patet in fuga leporum
nocturnorum et incantuacionum
Unde dicitur aurora quasi aurea hora
Unde eciam canitur in principio.
Aurora lucis iam spargit po
lum terris dies illabitur lucis
resultat spiculum discedat de
lubricum frontisima noctis de
cidat etc. Ista autem tria benefi
hundanti conferuntur est mundus
in ortu istius aurore scilicet virginis
gloriose Primo quia simul
cum ea descendit ad nos
ros gracie et rore divine Unde dicitur
Num. xi. Cum tum descende
bat manna simul descendebat
ros Ysaie xlv. Rorate celi
desuper et nubes pluant iustum
etc. Secundo venit ad descensum
roris gracie et rore divine purgate
sunt peccatorum nebule et ob
scure tenebre Ysaie lviii. Orietur
in tenebris lux tua et tenebre

erunt sicut meridies etc. Quia
vita ipsius gloriosa cunctam il
lustravit ecclesiam. Tercio quia
ex sua ortu et nativitate to
tus mundus est letificatus
ps Lux orta est iustis et rectis
corde leticia Hest. viii. Iu
deis nova lux oriri visa est
gaudium et leticia omnes populos
aput etc. Et dyabolus serpens
venenosus et draco tortuosus
cum omnibus suis insidiis col
lucibus id est in infimi carceris
retrusi sunt demones cum
omnibus suis Cum igitur omnia
illa beneficia mundo sint col
lata in ortu et nativitate vir
ginis gloriose que ortum auro
re solet mundo conferre. Unde specialiter
sub eius ortui et nativitati ap
plaudit Cant. vi. Que est
ista que progreditur quasi au
rora consurgens etc. Merito gau
dium nativitatis et ortus ipsius in
do debuit pronunciari Secundo patet
hoc eciam auctoritate Damasceni
dicentis Ex Joachym beate v
irginis animal laude digna
in inicium duxit que cum
sicut Anna sterilis et Anna vetus
ipsa quoque sterilis erat et propter
repromissionem a deo gen
tricem dei protulit ut eam
in hoc nullo illustrium beati
dei genitrix superetur. Mulier

Q beata virgo miraculose fuit con
quod erat concepta et in utero
sanctificata

fuit inmaculose concepta et in
utero sanctificata patet Et primo de
inmaculose conceptione Quia
maiores et minus illustres fuit
inmaculose concepte sicut ysaac
de vetula et semili Et sanctus
iohannes de sterili et ipsa beata
virgo cum cancello Illustrium
in aliqua tantum superet Item
quantum ad causas agentes
aliquid sit inmaculose uno
trium modorum videlicet vel quia
sit contra naturam sicut ubi cause
sole superiores agunt in rebus
absque causis inferioribus ut cum
asina est locuta Numeri xxii vel
cum aliquid sit supra naturam ut
cum cause superiores agunt in
rebus mediantibus causis inferioribus
non per se agentibus sed motis ab
ipsis causis superioribus ut in
conceptu virginis de spiritu sancto vel
cum aliquid preter naturam sit ut
cum cause inferiores agunt in
rebus secundum modum nature sed non
secundum tempus naturale ut cum infan-
tes sunt locuti ante tempus naturale
vel aliqui concepti et nati preter
tempus naturale in quibus virtus
inferior operatur secundum naturam sed non
nisi adiuta a virtute superiori
ad quem modum reducitur ista
que fuit talis per preces sanctorum
et voluntatem divinam Unde quia
secundum damascenum beata virgo per
preces et vota et per repromissionem

et annunciacionem divinam est na-
ta patet quod inmaculose fuit concep-
ta Unde Anshelmus in sermone
de nativitate beate virginis Quis
digne valebit preconia lau-
dis huius ortus referre ad
cuius natalem omnis por-
ticus prospicit et assurgit et
usque in finem seculi laudes eius
cantare non cessabit Utrum vero
conceptio ipsius beate virginis dici
possit sive sine sanctificata et
utrum sit ab ecclesia publice ce-
lebranda et in die illa in qua
consueta est celebrari hic est
vi Idus decembris breviter
est videndum Sciendum ergo quod
solet distingui triplex conceptio
videlicet primo conceptio seminalis
materie Secundo conceptio anime
Tercio conceptio gracie Conceptio
seminalis materie sit in actu
et tempore commixtionis viri et fe-
mine Conceptio vero anime fit
in tempore vivificacionis
fetus et infusionis anime que
secundum glosam super illud Johannis
ii Quadraginta et sex an-
nis edificatum est hoc templum et
fit in xlvi die ab hora et
tempore conceptionis seminalis ma-
terie Conceptio vero gracie
fit post infusionem anime cum
anima sit subiectum gracie Subiectum
vero oportet accidenti preexistere

tpe vel natura vel utroque. Cum
ergo ista tria scilicet generatio per naturam
et vivificatio per animam et sanctificatio
per gratiam habeant se adinvicem
ordine quod sunt prius et pos-
terius quia sicut vivificationem per
animam precedit generatio per naturam
Ita sanctificationem per gratiam precedit
vivificatio per animam. Conceptio
beate virginis non festinet ec-
clesia nisi ratione sanctificationis
ipsius beate virginis per gratiam quibus
est quod ecclesia non festinet concep
seminalis materie quia tunc fe-
tus non dum est in utero vivi-
ficatus et per consequens nec sanctificatus.
Sed illa conceptio quam festinat
ecclesia est potius conceptio anime
et corporis quia sanctificatio non fit nisi
per infusionem anime. Ita quod in-
fusio gratie simul tempore fiat cum
infusione anime. Cum igitur
supposito quod b. virgo a die
conceptionis seminalis materie
in utero matris sue usque in diem
qua celebratur eius nativitas
ex utero stetit in ventre matris
novem mensibus et uno die et
tantum temporis est a die sue concep-
tionis usque ad diem sue na-
tivitatis videlicet a vi. Idus
decembris usque ad vi. Idus
septembris et quod conceptio anime
sive vivificatio fetus in utero fi-
at ut predictum est. xlvi. die post
conceptionem seminalis materie. Sequi-

tur quod tunc ipsa infusio anime
et sanctificatio gratie sit fiat xlvj.
die ab illa die ipsa conveniunt cum
festivitate eius conceptionis videlicet kalendas
febr. quod est in die sancti vincentii
martiris. Sed contra hoc est quod con-
suetudo ecclesie festinat ipsam
conceptionem gloriose virginis
vi° ydus decembris. Igitur secundum
predictam computationem beata
virgo concepta est in utero matris ex
conceptione seminalis materie et
quod illa dies preceduum di-
vina designata est eadem in
meditate abbate Elsino ut
legitur in gestis anglorum. Itaque
quod divina revelatio et ecclesie ap-
probata consuetudo statuit pro illa
die celebrationis istius conceptionis

Qua die celebranda sit concep

Ad istud dubium beate virginis
bium dissolvendum. Sciendum
quod conceptio seminalis
materie in qua fetus potest
considerari dupliciter. Uno modo pre-
cise et simpliciter secundum se quantum
ad illum actum qui est emissio sper-
matis in viro et ipsius suscep
in muliere non habito respectu
ad intentionem et destinationem
nature intendentes ex ipso
spermate sive prolem generare sive
et quantum ad hoc non potest dici
proprie et precise quod puer aliquis
vel persona illius cuius per illum
actum concipiatur. Tunc post illam
conceptionem. i. vilis seminis suscep-

i mulie nã ptr[us] sine indiui-
dualis possit adhuc deviare
nulla z nullius indiuidui gñõ-
ne ꝯnte Alio mõ pt ꝯsiderari
ipa concep[us] seminalis materie
p respectu ad unioem z destia-
tonem nãe intendentis generare
simile z illum actu adhuc des-
tinantis z dirigentis ꝯsitu est
sine deviatõne z errore et
hc mõ non inpprie nc incon-
grue pt dici aliquis homo
ꝯceptus tli vel tali die vel
hora sicut etiã Astrologi solet
obsuare diem z horam co-
ceptõnis in natis adiudicand
de tpis z eorum fortunis Cum
igr vt pdictum est bta vgo
mundo initiatam spem et gr-
ciam ac gloriam nasitura sit
diuit[us] pdestinata Iuxta illo
Eccli xxiiii[o] Ab initio z an
secla creata sum zc et insignis
psignata z in figuris pphata
z ab angelo annũciata z per
ꝯns ipius seminalis ꝯceptio
pncipalr z pmo dependeat
a diuia pdestinatõne z ppa[tur]
longe prambula z pphia pre-
destinatõnis impleat[ur] z sine
nrõ libero arbitrio opante
licz ipius ꝯsensus z coopa[o]
ad effcm ei[us] requirit[ur] vt dr
Glo sup mathm Sciendum q
in ipa diuina pdestinatone
duo attenduntur vnu e diuia p
ordinatõ que e imutabilis Ali[us]

vo ipius preordinatõnis actual
z effctual execuio z assecuio q
licz sit mutabilis inquantum
respicit liberum arbitrium ad a-
liquas causas inferiores qbus
mediantibus pvenit ad effcm
non tam mutatur ꝯsitum ac
tum z euentu deo dirigente
z quo intendit vnumqq p
ducente Et quia vtrumq pre-
dcõr e opus di sz tam ipa
actualis et effctualis execuio
qm ipa pdestinatõ In ipa
vo assecuio siue execucõne
pdestinatõnis bte vginis
fuit salutis huane pma i
choatõ p ipius corpalem con
ceptõem xpi hc etiã nõ in
congrue festinat huius modi
conceptõem bte vginis nõ tam
respiciendo ad ipm actu corpa-
lem Sz quantum ad diuinam
pdestinac[ionem] z pphice pnuntiac[ionem]
z angelice indicatõnis z huã-
ne saluatõnis actualem in
choatõem z longe expectatõnes
in spe z fide patrum determinatõ
z diuine pmissionis realem
exhibitõem que in videntur
pncipaliores cause esse cele-
bratõnis ipius ꝯceptõnis q
vt tli die in ipa seminali con
ceptõe sit sctificata in vtero q
fuit fiunt sctã postea in infusioc
anime nc tam poterat fieri qm

anima infundetur cum est maculatio et infectio originalis non est in semine sive in corpore nisi dispositive quo dispositio si esset tunc ablata potuit potuit esse aliqua purgatio ad anime sanctificationem post eius infusionem ¶ Qualiter et quando beata virgo sit in utero sanctificata et cetera.

Habito qualiter beata virgo huic mundo nascitura fuit insignibus prescripta inscriptis prophetica et per angelum annunciata videndum qualiter in utero fuit sanctificata. Hoc enim est summum et ultima illarum gratiarum que attenduntur circa sanctorum introitum sive ingressum in hunc mundum ad vitam nature terrene et primo dicendum quid sit status unde dicitur sancti et sanctificati. Sciendum ergo est quod secundum quod dicit dyonisius de divinis nominibus capitulo xii. Sanctitas est ab omni immundicia libera et perfecta et immaculata mundicia. Hec autem mundicia videtur esse puritas solius dei qui est fons omnis puritatis vel puritas ab impuritate quam huic vel hunc potuit separata et purificata qualis est in corporalibus puritas vel impuritas habitum plus de forma et minus de materia sicut aqua purior est quam terra et aer purior quam ~~terra et aer purior quam~~ aqua et ignis purior aere inquantum unius illorum corporum tenebrositati materie vel lucidi seu claritati forme magis appropinquat. Secundum quod corpus aliud dicitur operata clara alia lucida vel limosa et qualis est in spiritualibus et incorporalibus puritas et impuritas magis proprie dicta quam in corporalibus secundum lucem et splendorem sapientie et virtutum et secundum tenebrositatem ignorantie et errorum et viciorum ad videndum igitur de immundicia sive impuritate tam ex parte corporis et anime a qua sit purificatio et mundificatio et sanctificatio virtute. Notandum est quod in nobis quatuor sunt impuritates que conseruntur de nativitate nascentes in peccato et cum peccato originali primus feditas et displicentia propter ipsius culpe maculam Jeremie ii. Si laveris te nitro et multiplicaveris tibi herbam borich inde maculata es iniquitate tua. Secundo noxietas obligationis culpe ad penam ysaie l xix. Neque enim domus patris mei fuit nisi morti obnoxia et cetera. Tertio infirmitas ad resistendum peccato psalmus. Infirmata est a paupertate virtus mea. Quarto pronitas ad videndum in peccatum genesis viii. Omnis via viri ab adolescentia sua prona est in malum licet igitur sanctificatio per baptismi gratiam tollat in baptizatis reatum qui est obligatio culpe originalis ad penam etiam et maculae displicentiam quantum ad

deformitate; ymaginis in aia
reformatā remanet tamen ex
fomite non dum restricto nec
extincto infirmitas resistendi
et prompt9 cadendi in pctm ex
quibus causatur possibilitas et
facilitas et facilitas ad recidi-
uū post baptismū. De tripli-
ci sanctificatione bte virginis

Quia g° sctificato in utero
est grā specialis vltra
cōem grām sacramētalem bap
tismi per quā baptizati mū-
dantur ab originali scdm predic-
tum modū cōem baptisma-
lis sctificatois. Unde Aug9 in lib°
de pñia et templo dei loquens
de sctificatone in utero non
exprimit determinate que et quāte
efficacie sit ista grā spialis
sctificatois iuxta illud vnde Iere
et Iohis bapte. quos cōstat non
obstante sctificatone adhuc
adhuc venialr peccare potu-
isse. iuxta illud de Iohe bapta
Antra deserti teneris sub annis
ciuiū turmas fugiens petisti ne
leui saltē leuare maculare vi-
tam famine posses etc. Predic-
tum q scdm cōem sententiā
sctōz et doctoz. beata virgo succes-
siue tribus gradibus sctificatonis
vsque ad summū purificata et
mundata et sctificata fuit primo in
utero que sctificacio perfecta simul
sed fuit tpe cū infusione aie
et viuificatone conceptus et fuit abs-

originalem culpam et maculam
per infusionem grām. Sz fomitem
originalis restrinxit tn non ex-
tinxit in totum. Ita q tn tō
sopitus non possit moue'e ad pc-
candum. Sz tamen adhuc rema-
neat quantum ad essentiā et radi-
cem de hac scītate et sctificacōne dr
in ps. Sctitas et magnificencia in sc-
tificatone eius. Aug9 in libro de
nā et grā. Excepta hac sola v-
gine de qua cū de pctis agitur
Nullam volo fieri mentonem. Os
alij puri homines peccauerunt.
Scdo sctificata fuit vlterius in
spūs sctī superuētone et virtutis
altissimi obumbrante et filij di
cōceptione que sctificacio fuit
fomitis totalis extinctio et in bo°
cōfirmatio quia cōsequitur in
possibilitas peccandi et facilitas
ac facultas in quolibet opere meri-
di vnde Bñh. Ego puto q sctifica-
tonis benedicto copiosior in ipam
per sc̄m spūs superuēcom descendit
que non tm ipius ortu' et vitā
sctificauit sz et ab omi pctō dein-
ceps in munere sctificatone custodi-
ret q nemini alteri in natis mu-
lierū creditur esse donatū de hac
sctificatione dicit ps. Sctificauit tha-
bernaculum suū altissimus etc. Ter-
cio sctificata fuit in filij di cōcli-
husitatone qui in ipsa nouem
mensibus corporaliter habitauit et
sua habitacone templū gloie c

fecit, et consecrauit et dedicauit
Ecci. xxiiii. Qui creauit me re-
quieuit in thabernaculo meo etc.
Ezech. xliiii. Maiestas domini in-
gressa est in templum et repleta
est gloria domus. Domum hanc sanc-
tificacionis consecrauit sibi trinitas primo ad
summam puritatem purificacio de
qua dicit Anshelmus. Decebat
puritate niteret qua sub deo ma-
ior nequit intelligi. Secundo omnis
disposicionis in contrarium ablacio
Cant. iiii. Tota pulchra es amica mea et macula non est in te
... (line reading uncertain) Ezech. xlix. do tibi partem unam
extra fines tuos quam tulit de ma-
nu Amorrei in gladio et arcu meo
Tercio soli deo et diuinis inviolu-
bilis dedicacio. Ita ipsa non solum
in conveniens. Sed etiam impossibile
esset eam aliis quam soliusdei
et diuinis usibus applicari. Ezechiel
xliiii. Porta hec clausa erit et
vir non transibit per eam quoniam dominus ... veritate
veraciter consecrare possit et cotti-
die decantare in laudem pro-
ptitium virgo inviolata permansisti etc.

In multis sanctorum fuit sua mors
huius inter cetera revelata

Habitam virginem ex premissis
et breuiter pertractis graciis que
pertinent ad sanctificandum et decoran-
dum sanctorum ortum siue ingressum
in hunc mundum ad vitam nature
et gracie. Restat in superioribus tractatum
sit et actum de graciis et virtutibus per-
tinentibus ad dirigendum et complen-
dum sanctorum progressum et perfectum

in statu huius vite et vie. Et quia
beata virgo in illis quoque attigerit
summum excellencie gradum restat
tantum ut in ultimo videamus de graciis que
pertinent ad sanctorum exitum de hoc
mundo ad statum glorie qui pro-
prie status dicitur patrie cum in illo sit
beatitudinis consumacio et finis sine
fine. Primo consuetudinis vi-
de finem est. Huiusmodi autem gracie
legimus et invenimus v. modis sanctis
exhibite et adhibite quibus
circa exitum huius vite et mortem
suam fuerunt aliqui specialiter hono-
rati et consolati quarum prima est
mortem suam prescire. Secunda voluntate
dono venire. Tercia morte sine
dolore. Quarta mortem statim
evolare. Quinta in anima et corpore
ad gloriam resurgere cum generalem
omnium resurreccionem. De autem plu-
ribus sanctis sit sua mors reve-
lata et prescita ex speciali gra-
cia patet. Nam beatus petrus domino re-
uelante mortem suam prescivit.
ii. pe. i. Velox est deposicio
thabernaculi mei secundum quod et dominus
noster ihesus christus significavit michi
etc. Item paulus mortem suam
prescivit. ii. Thimoth. iiii.
Ego enim delibor et tempus
mee resolucionis instat.
Item Iohannes ewangelista mortem
suam domino volente prescivit ut
dicitur in prologo super ewangelium Iohannis

hic est Johes qui sciens su-
premisse diem recessus sui
convocatis discipulis descendit
in defossum sepulture sue lo-
cum et facta oratione positus est
ad patres suos tam a dolore
mortis extraneus quam a corrup-
tione carnis fuisse demonstratur
alienus Item beatus Martinus
mortem suam presciuit cum lon-
ge dixitque fratribus dissolucionem
sui corporis imminere Et beatus be-
nedictus in dyalogo Grego-
rii legitur mortem suam fratribus
predixisse etc. de multis aliis
Similiter patet de oratione Nam
sanctus Petrus vocatus fuit a domino
ut legitur de prima apparitione Ro-
me ad gradus petri vocatus
cum vidisset christum occurre et dixit
ei domine quo vadis et dominus dixit
ei venio romam iterum crucifigi
Item de sancto Johe ewangelista Item legitur
in sua legenda que ab ecclesia co-
muniter approbata habetur quod ei dominus
apparuit dicens dominica die mea
proxima venies ad me Et beatus
Gregorius in iiiio dyalogorum scribit
de pluribus sanctis et bonis viris qui
presciuerunt mortem suam domino
eos vocante et invitante Ecclesia
quoque cantat de sancto laurencio quod
invitatus ad eterna gaudia transi-
vit in anima venit desideratorum
bone veni desiderant te angeli
mei etc. Quod multi sancti post
mortem statim euolaverunt

Similiter patet de Johanne ewan-
gelista ut scribit Jeronimus
in prologo super Johem et Beda
super primo Joh ultimo Sic eum
volo manere donec veniam etc.
Qui a dolore mortis extraneus
obierit descendens per se in fossa
sue sepulture Item dicit Gregorius
in dyalogo Quod sepe sancti apostoli
vel martires vel eciam dominus ihesus
christus electos morientes sua visi-
tacione et apparicione contra dolorem
mortis consolantur Quod eciam aliquos
et plures sanctorum statim euolauerunt
post mortem in anima sic pro-
bari potest euolacionem enim
statim nichil impedit nisi
anima ipse adhuc aliquid purgabile
habuit Sed possibile est multas sanctorum
virorum animas continuo euolasse
Minor huius racionis patet quia secundum
beatum augustinum sanctas animas in mor-
te nequaquam mortale peccatum se-
cum habere quia sic non esset
sancte Aut ergo aliqua venialia
ad huc habent aut nulla Si nulla
ergo statim sine impedimento
euolant patet Quis dabit michi pen-
nas sicut columbe et euolabo et requi-
escam Si aliqua aut levia et
minora et illa secundum Gregorium in
dyalogo pena et dolore mortis
delentur non inquantum pena
est pro peccato originali debita
Sed inquantum desiderata et co-
lorata etc. euolant Aut si sint
graviora tunc pena purgatorii
tollitur sic refert Gregorius in
dyalogo de paschasio qui propterea

quedam post mortem etiam fecisse mira-
cula eidem Cuidam sancto episcopo
apparuit et indicauit se ad huc
stare in purgatorii pena contra iusti-
ciam Item etiam aliquibus sanctis
datum sit ante generalem resurrectionem in
corpore et anima resurrexisse
patet per eorum de illis sanctis quorum
corpora cum domino resurrexisse scri-
buntur et post resurrectionem multis ap-
paruisse de Johanne quoque eu-
uangelista multi tenent quod
in corpore et anima iam resur-
rexerit eo quod post eius obitum
apto sepulcro inuentum Et man-
na et vestes ipsius solum

**De gratiis precedentibus et abili-
tantibus ad gratias speciales**

Cum igitur ut supius dictum
fuit in suppositionibus sanctis
adprobandum et declarandum ex parte
septuplicis gratie et donorum consequentium
euidentia quod beata virgo ex eo quod
secundum verbum angeli gratia plena
defuit tunc gratiam personalis v-
nionis et quod etiam a nullo
etiam Illustrium sanctorum in aliqua
gratia sibi conueniente et condecenti
superatur Sciendum quod huiusmodi
gratias speciales quales iam sunt
assignate circa sanctorum exitum siue trans-
itum de hoc mundo precedunt quedam
gratie familiares habilitantes ip-
sos sanctos per amicitiam mitti ad
ipsas speciales gratias scilicet ille quibus
sancti merentur dici et esse amici dei
et familiares dei Amici enim per
alios merentur secretorum et occultorum
reuelationem Omnium autem occultorum

occultissimum est finis vite vniu-
cuiusque hominis Ecclesiastici ix. Nescit
homo finem suum sed cuncta reserua-
tur incerta in futurum Augustinus nichil
certius est morte nichil incertius
hora mortis Item Amici et fa-
miliares specialius inuitantur et
veniunt ad conuiuium et consolationem
Unde Johannis ii vocatus est ihesus
et discipuli eius ad nuptias scilicet
Johannis euangeliste Tamquam scilicet cogna-
tus sponsi et amicus Item ami-
ci dilecti solent supportari eis que
sunt laboriosa et dolorosa Unde ii
Regum xxi principes belli dauid
iurauerunt dicentes Iam non
egredieris nobiscum in bellum
ne extinguas lucernam israel
Item aliquem statim in altum tollere
et exaltare pertinet ad familiares
dilectos ut dominus dixit Josue iii
Hodie incipiam te exaltare co-
ram omni populo israel Et hic ideo quia
domino prius moysen magis fa-
miliaris fuit Juxta id Josue
i Sicut fui cum moyse ita
ero tecum Item aliqui sunt
proxima familiaritate dei et
viui translati Sic legitur de Enoch
Genesis v Et ipse placuit deo et
ambulauit cum deo et transtulit
eum dominus De helya iiii Regum
ii quod transtulit eum dominus per turbinem
in celum quia zelator solus et
maximus fuerat pro deo contra
iniquitates Achab et Jezabel
et sacerdotes Baal **Que et quot
sunt gratie que adultiorem**

gratiam prepararent etc.

Nunc autem sex virtutes quibus
alique sanctorum specialiter pre aliis
prediti leguntur reputati et dicti esse
familiares et amici dei et pro
inde predictis gratiis et donis fa
miliaritatis etiam specialiter pre aliis ho
norati quarum virtutum prima est fi
delitas sive credulitas propter
quam abraham deo et reputatum
est ei ad iustitiam unde meruit
revelationem a domino de futuro
iudicio et delectione sodomorum
Gen. xviii. Num celare potero
abraham que gesturus sum
cum futurus sit in gentem
magnam etc. Secunda est benig
nitas qua moyses legitur
fuisse preditus Num. xii. Erat
autem vir mitissimus super omnes
homines qui morabantur in terra
etc. Unde et familiaritatem dei do
tatus est ita quod ei loquebatur
sicut amicus ad amicum Exodi xxx
iii. Tercia est humilitas qua
david prectis eminebat unde
ipse de se dixit ii. Regum vi.
ludam et vilior fiam et ero
humilis in oculis meis super
ancillas de quibus locuta es
etc. propter quam humilitatem et ipse
divinam familiaritatem et complacen
tiam pre ceteris meruit Ita ut
dominus de ipso diceret Inveni vi
rum secundum cor meum Quarta est
hospitalitas propter quam etiam Mar
tha et lazarus a domino diligebantur
et familiariter amabantur Joh.
xi. Diligebat autem ihesus mar
tham et lazarum et mariam sororem
eius etc. Ad hebr. ultimo per hospi
talitatem quidam placuerunt
domino etiam angelis hospicio recep
tis Quinta est dilectio dei quia
qui diligit deum meretur etiam
specialiter diligi a deo prover
biorum Ego diligentes me di
ligo etc. Sexta est castitas prop
ter quam Johannes evangelista ce
teris familiarius fuit a christo
dilectus Unde et ipse frequenter nominat
se ipsum discipulum quem dilige
bat ihesus Johannis ultimo Qualiter
beata virgo in illis sex gratiis omnes
sanctos excellebat.

Beata autem virgo in predictis sex
gratiis omnes sanctos excel
lebat Primo enim excellebat
abraham et omnes alios in fi
de et credulitate Summa enim fides
et credulitas est quam consequitur
summus effectus ipsius fidei quem
dominus exprimit Mt. xvii. Si ha
bueris fidem et dixeritis huic
monti tolle et mittere in mare
et non hesitaverit in corde suo
sed crediderit ut quecumque dixerit fiat
fiet ei etc. Secundum hanc fidem et credu
litatem beate virginis Ille mons
maximus dei filius mons coagu
latus mons pinguis misit

se in mare .i. in ipam mariam
que est mare in quod intrant
omnia flumina graciarum ergo fides eius
et credulitas maxima fuit luce
xi Et beata que credidit quoniam
perficientur in ea que dicta sunt
ei a domino Secundo excellit moy-
sen et omnes in benignitate sive
mansuetudine Benignitas enim
est triplex videlicet cordis sap.
primo Benignus enim est spiritus
sapiencie Sed ipsa spiritu sancto plena fuit
Ergo benignissimi cordis ex-
titit et est benignitas sermonis
eccli xviii verbum bonum super
datum optimum Sed ipsa fuit
benignissima in sermone et sua
locucione proverbiorum ultimo lex cle-
mencie in lingua eius et est be-
nignitas operis psalmus Benigne fac
in bona voluntate tua syon
fructus vero et premium benignitatis
est possessio regni celestis math.
v. Beati mites quoniam ipsi possi-
debunt terram glosa non terram
huius mundi sed terram viven-
cium tamquam cives sanctorum et
domestici dei sed ipsa posside-
bit eam tamquam domina et re-
gina celi ergo super omnes
mitis et mansueta fuit
non mirum quia ergo singularis
inter omnes mites Tercio ex-
cellebat david et omnes humilitate
humilitas enim summa est illa
que est in summis et maioribus
hominibus dignitate et potestate quia
indigentis et impotentis esse humi-
lem non est magnum neque lau-

de dignum Sed ipsa cum esset
signa omni dignitate et potesta-
te tamquam mater regis celi et
terre fuit omnium hominum humillima
ergo regis eius humilitas fuit
maxima et inmense laudis
digna quoniam ipsa de sola sua
humilitate ob missis omnibus aliis
suis virtutibus et graciis gratulatur
domino luce i. Quia respexit humi-
litatem ancille sue Quarto
excellebat hospitalitate mar-
tham et zacheum et matheum
et omnes alios qui illi homini
ihesu christo refecit et exhibue-
runt commodum hospitacionis
in domibus suis et eos ciba-
verunt et paverunt de suis rebus
Ipsa autem filio dei de celis
in hunc mundum exulanti et pe-
regrinanti cessit et concessit se
ipsam et suam mentem et
ventrem de hospitandis
et habitandis et de se ipsa et depu-
rissimis carnibus et sanguinibus
ut dicit damascenus ipsum
pavit et cibavit et fovit et
aluit ergo summe hospitalis
mitorum et merito omnes vicit
Quinto excellit excellebat
omnes caritate et dileccione ad fi-
lium suum et hoc triplex videlicet ex ma-
iori et forciori et nobiliori ca-
ritate et efficacia dileccionis
quia aliorum caritas fuit gra-
tuita solum Ipsius vero cari-
tas fuit gratuita et naturalis
quia dilexit christum non solum

tamquam homo dei. Secundum quia tamquam matri filius Ecclesiastici xxiiij Ego mater pulcre dilectionis Proverbiorum xxxi quid dilecte mi et debeo gratie reuerende tamquam ancilla domino. Quid dilecte uteri mei tibi debeo dilectionis mutue tamquam sponsa sponso videlicet pro eo quia ancillam et matrem in sponsam et sotiam regni assumpsisti. Quo patet quod ex nobiliori causa et ex maiori gracia et fortiori ipsius gratie efficacia super omnes filium plus dilexit. Sexto excellebat castitate Johannem et omnes alios homines et angelos ut supra plus deum fuit. Castitatis enim proprium est esse deo proximum Sapientie vj. Incorrupcio proximum facit. Sed ipsa fuit super omnes sanctos et angelos omni castissima ergo summe deo propria

De excellentia fidei beate virginis.

ra tantum et circa bonos et malos
etc. Ps(almus) Iusticia tua sicut montes
dei iudicia tua abyssus multa.
M(isericordi)a vero h(abe)t locum in t(er)ra s(ecundu)m
illud m(isericordi)a domini plena est terra
et in celo. Ps(almus) Exultata est
sup(er) celos m(isericordi)a tua et in purga-
torio. Iob xix. Miseremini mei
miseremini mei saltem vos
amici mei. Et in inferno quia
ex m(isericordi)a eciam ipsi dampnati
minus debito puniuntur. Iob
multa minora exigeris q(ua)m me-
retur iniquitas tua. Secundo regnum m(isericordi)e
excellit magnitudinem

quia licet opera divine potencie
sit magna. Iuxta illud: Magna
magnificata sunt opera sapie(n)tie.
Unde sequitur omnia in sapiencia
fecisti. Similiter et opera glorie per
magnificencia glorie status tue
loquentur. Opera tamen m(isericordi)e super
excellunt omnia. Iuxta id Ps(almus): Mi-
serationes eius sup(er) omnia opera
eius. Tercio excellit app(ro)p(ri)atione
et p(ro)p(r)ietate quia summi regis p(ro)-
prium est misereri et parcere
secundum Ysidorum dicit. Unde Seneca in
libro de clemencia: dominum mundi
potentem totius imperii fe-
licem, inclitum et gloriosum
appellamus. Et quidquid po-
tentum laudabilium tytulorum
ambiciose maiestati congessi-
mus. Clementem vero principem
solum et maxime proprie appella-
mus etc. Unde concludit q(uod) clemen-
tia sive m(isericordi)a est virtus summa
soli summe potencie appropriata.
Quarto excellit pietate.
Seneca: Summa potencia sum-
me deus misereri. Unde dicitur
collecta: Deus omnipotens tuam
parcendo maxime et mise-
rando manifestas. Boethius: Po-
testati credit ad gloriam nolle
ulcisci iniurias cum quis
possit. Unde quia deus est po-
tentissimus, ideo maxime
mitoris et benignus et ideo
m(isericordi)a p(ro)p(ri)e est sedes et thronus sum-
mi regis. Unde sup(er) illud psalmi

xviii Ego vero considabo in
loco meo dicit Glosa Ibi locus
et sedes dei ipse est mia di-
uina Primo quia regina pro-
prie denominatur ab eadem
sede regni in quo et lex Beata
virgo in sede regni filii sue que
est mia diuina ipse vocatur
regina mie plenius pateat
in primis regni et regine digni-
tas et sanctitas et potestas et ex inde
nobis resultans spes et utili-
tas etc De multiplici mia et

Regnum igitur ut miseratio diuina
dicit dyonisius
de diuinis nominibus capitulo xii Est
omnibus finis et ornatus et
legis ac ordinis distribu-
tor Primo videndum primo de
fine Finis igitur regni ce-
lestis est ad quem tota
intencio diuina respicit in
in constitucione uniuersi quod
est corpus regni et regis di-
uini Iste autem finis est ex-
plicacio et communicacio diuine bo-
nitatis que imponit legem
uniuerso iuxta illud psalmi Statuit
ea in seculum seculi preceptum po-
suit et non preteribit Lex vero
imponit ordinem hiis que
sub lege sunt et agitur psalmi
Ordinacione tua perseuerat
dies quoniam omnia seruiunt tibi
etc Ordo vero causat orna-
tum et pulcritudinem uniuersi
Genesis primo Igitur perfecti sunt

celi et terra et omnis ornatus eorum
et vidit deus cuncta que fece-
rat et erant valde bona Mia
vero ut sumitur large et communiter
est compassio miserie Que at-
attenditur in duobus in diligencia
et in carencia eorum quibus quis
indiget Primo enim miseriam et
miseros considerantur in mise-
rando et in miserante scilicet
affectus compassionis et benigni-
tas subvencionis Misericordia
itaque est in deo non quantum
ad affectum compassionis quia
ubi non habet locum aliqua
passio ibi compassio Sed quantum
ad benignitatem subvencionis
que in deo scilicet est multi-
plex mia respectu uniuersitatis
creaturarum videlicet in mia in-
dignacionis cuius effectus est
rerum creacio que ex sola dig-
nacione diuina creatura cum
non esset accepit ut esset Non
enim res ex se esse incepit
secundum quorundam opinionem
sed a deo esse accepit Nichil
enim ex se incipit esse quia
sic esset antequam esset De hac
mia diuina dicitur sapiencie xi Mi-
sereris omnium domine et nichil
odisti eorum que fecisti Sapiencie
xi Diligis enim omnia que
fecisti huiusmodi effectus est
rerum creaturarum approbacio

Vn̄ primo vidit deus cuncta q̄
fecit et erant valde bona.
Vn̄ in Gen̄ post singula fac-
ta opa sex dierum dicitur et vidit deus
quod esset bonum Tercio est ibi
una distinctionis qua ex so-
la dei una fit rerum creatarum
multiplicatio que causatur
ex rerum varia distinctione super
illud Gen̄ Aucte que multi-
plicent super terram infra Crescite
et multiplicamini et replete terram
Quarto est una distributionis
qua rebus distribuitur quantitas
ratio divine bonitatis secundum mo-
dum capacitatis uniuscuiusque in
ordine et gradu suo / Cum non
unum et singulare possit fieri
capax omnis bonitatis que
erat in creatura Vn̄ sup
id vidit deus cuncta que fe-
cerat et erant valde bona dicitur
Grego Singula in se erant
bona itaque unum melius alio
Omnia vero simul erant
valde bona Quinto una re-
stauracionis qua res a sua con-
dicione et statu destitutus restau-
rat et repat ps Tu domine sinabis
nos et custodies nos a generatione hac in eternum
De regali veste et corona beate virginis
Cum igitur ad collocandam
reginam misericordie in
sua sede hec est in throno regni
nunc et ad potestatem dispensandi
et ad ministrandi divinam misericordiam
indigentibus requirantur insignia
regum et regalis decoris et glorie
que sunt duo videlicet corona et
vestis ps xliiii Astitit regina a
dextris tuis in veste deaurata
videndum est primo de veste regina
et deinde de regina corona ut cuique
videre reginam virginem in decore
sue et oculis mentis saltem de lon-
ge intueri et discernere a ceteris valeant
de qua videlicet veste et
corona dicitur Apok xii Signum
magnum apparuit in celo Mu-
lier amicta sole et luna sub
pedibus eius et in capite eius
corona stellarum xii. Mulier
ista est beata virgo maria
quam ipse dominus in evangelio
non appellavit nisi mulierem
propter causas et rationes in superio-
ribus declaratas quam Johannes
quantum ad sua glorificationem
in anima et in corpore exaltatam
super omnium et primum ordinem
ac gradum omnis creatura
describit triplicatur videlicet
primo quantum ad habitum
cum dicit Mulier amicta sole
et a situ cum addit et luna sub
pedibus eius et a suo regali
ornatum cum subiungit Et
in capite eius corona stellarum
xii tercio quantum ad statum
suo glorie maxime et in corpore
describit ab induta veste
claritatis et incorruptibilitatis
in eo quod sole est amicta quantum

ad situ et ordinem eminē-
n calcata et supplantata omnī
miseria mutabilis et mortalis
eo quod luna ē sub pedibus
eius/ signum adoratorem et or-
natum maiestatis regie ab
exaltatione sue glorie et dig-
nitatis meo quod corona stellarum
xii. est in capite eius vide-
licet vt insignie ipsius regia-
lis potestatis hoc itaque signum
diuine dignationis apparens
in celo in humane nature tan-
ta exaltatione et in virginis
matris dei tanta exaltatione
et in virginis matris dei tan-
ta honoratione et in celestis
regni adimpleta consumma-
tione est magnum itaque sig-
num diuine pietatis signum ad
naturam humanam taliter exal-
tatam ps. Quid est homo
quod memor es eius aut filius
hominis quoniam visitas eum etc.
Est signum magnum caritatis in
sua matris tanta honoratione
Cant. vii. Quam pulchra es
carissima in deliciis tuis sta-
tura tua assimilata est palme
et signum magnum diuine li-
beralitatis in celestis regni et
rei publice ipsius adimple-
ta consummatione quia in regno
glorie Jhesu xpo ad patris dexteram
posita in regni throno as-
tantibus et circumstantibus ange-
lorum et sanctorum agminibus deus
pater soli poli que patria vna
fecit rem publicam et pro regis

et regine persona et prouinciale
constitutionem vnam celestis re-
gni ciuitatem vbi inuenitur me
impetrat filium suum et patris assistens
vultui sui pro omnibus indige-
tibus et se inuocantibus Jeremie xix.
Recordare quod steterim in con-
spectu tuo vt loquerer pro eis bonum
De corona xii. stellarum beate virginis

Ad uidendum igitur que sint
ille stelle xii que suo
splendore et decore super omnem
lapidem preciosum ornant et
complent coronam regine nostre
Notandum quod inscrita scriptura stel-
larum nomine frequenter significatur
preclaritas meritorum et premiorum
sanctorum in celestibus iuxta id
Danielis xii. Qui docti fuerint
fulgebunt quasi stelle in per-
petuas eternitates et qui ad iusti-
ciam erudiunt multos quasi stellae
et in perpetuas eternitates Et quia
iuxta differentiam claritatis stellarum
differentia preclaritatis meritorum et premiorum
in sanctis glorificatis iuxta id j. Cor.
xv. Stella differt a stella in
claritate sic et resurrectio mor-
tuorum etc. Videndum ergo est
et preclaritatem meritorum ipsorum sanctorum
quam consequitur preclaritas premio-
rum celestium quo ad ipsorum
maiorem glorificationem et suf-
fragiorum quo ad nostrum suble-
uationem Differentia et distinctio xii.
stellarum in corona virginis.

Notandum ergo quod cum differentia me-
ritorum in sanctis beatis sit secundum
diuersitatem gratiarum et donorum ex
quibus causatur diuersitas operum

minutorum ad hyadas ergo xii
stellas preclarorum minutorum quibus
singuli leguntur in sacra scriptura
fulsisse ut insignes et preclari
ut excellorum qualitercumque comparatione
apparere possit excellencia digni-
tatis minutorum et primorum beate
virginis ut quorundam stella-
rum in corona glorie ipsius et
regine nostre. Sciendum ergo quod
xii secundum distinctiones et diver-
sitates tamen hic potuerunt assig-
nari. Nam secundum multa originalia
et radicaliter causantes excellencias ex
tis a deo gratiis et donis et
operibus minoribus surgentibus
et consequentibus excellens. Sunt gratie ac-
tive gratum facientes ut gratie sacra-
mentales et gratie virtutum et dono-
rum et beatitudinum et fructuum cu-
ius et officiis singulorum exercitio
usu et exercitio resultat in sanctis
diversitas et differentia minorum et pro quibus
primorum. Alie vero sunt gratie
gratis date que secundum statum
et ordinem ac secundum modum ma-
gistrat et magnificant ac decorant
quales sunt ille gratie que ponuntur
1 Cor. xii. Unicuique datur
manifestatio spiritus ad utilitatem.
Alii enim per spiritum datur sermo sapientie
alii sermo scientie alii fides in eodem
spiritu. Alii vero gratia sanitatum
in eodem spiritu. Alii operatio virtutum alii
prophetia alii discretio spirituum
alii genera linguarum alii interpretatio

sermonum. preclaris Excellencia
itaque minorum et primorum quibus primorum
in sanctis sumitur secundum quod alii sanctorum
pre aliis excellentiores fuerunt
in hiis gratiis atque donis et
in operibus consequentibus excellentibus. Quarum
quedam pertinent ad ipsorum electo-
rum sanctitatem quo ad se ipsos et
sunt quattuor excellencie videlicet
primo summa puritas. Secundo perfecta
immunitas. Tertio peccandi diffi-
cultas. Quarto bene merendi li-
bera facultas. Quedam vero
pertinent ad minorum operum u-
tilitatem quo ad alios et sunt
minores excellencie. Primo spiritua-
lium filiorum generatio per conversiones
beneficium. Secundo ipsorum instructio
per exemplum. Tertio ductio in
via [illegible]. Quarto intro-
ductio in patriam per suffragium.
Quedam autem pertinent ad
ipsorum sanctorum dignitatem et hec duplex
vel respectu dei vel respectu dei
vel respectu aliorum sive proximorum.
Si respectu dei hoc potest esse duplex
vel quo ad mentem conversionem ad
ultimam pro deo passionem vel
compassionem humanam et tollerantiam
et sic est tertia excellencia que at-
tenditur in sanctis ex summo zelo
pro dei contemptu et iniuria
vel quo ad primum conversionem ad
summam coniunctionem ad deum et
amicitiam. Et est illa excelle-
ncia que attenditur in sanctis in sum-
ma dei similitudine et complacentia

Et respectu alior hec potest esse dupl'
vel respectu quorundam singula-
ritate quantum ad meritum et
premium excellencie vel respectu
omnium ulterius quantum ad gloriam
et titulum supereminencie De ex-
cellenciis generalibus sanctorum aliorum

Quia ergo in sanctis quantum et
speciem attenditur differencia
excellencie aliorum ad alios
iuxta diversitatem et differentiam meri-
torum et premiorum consequentem
diversitatem et differentiam predicta-
rum graciarum et donorum et ac-
tuum corporum tempus gracijs et
donis pervenientium et hec secundum
mathis et miro(?) quod
aliorum sanctorum per quos sunt in pre-
mio et gloria excellentes a-
lios quidam alii excellenciores
alii excellentissimi Iuxta quod
eorum in domo patris celestis
mansiones multe sunt ut dicitur
Iohannis xiiij. Videndum est breviter
de excellencia sanctorum quorundam
respectu aliorum in productis omnibus
meritis et premiis ut per quos ap-
pareat de meritis et premiis ipsius
gloriose virginis regine mee et
ipsius excellencijs super omnes cum
sit indubitanter excellentis-
sima et productis xij excellencijs
in summo super omnes privilegiata
quasi xij stellarum splendoribus
coronata De originalis mundicie

Primo igitur puritate
excellencia earum que per-
tinet ad electorum sanctitatem quo
ad sexpos(?) est originalis mundi-
cie puritas qua excellunt ali-
os in primo gradu in utero sancti-
ficati ut Ieremias et Iohannes In secundo
gradu post primam emundacionem
deinde usque in finem sine ma-
cula conservati et qui virgines per-
manserunt ut Iohannes evangelista
et sanctus lucas et sanctus nicolaus
et multi alii horum omnium excel-
lentissimum privilegium et premium
habet beata virgo scilicet puritatem in
summo de qua dicit Anshelmus
Decens erat puritate niteba(t) qua
sub deo maior nequit intel-
ligi de qua superius dictum est
de prime sanctificatione in utero
Cantica iiijo. Veni sponsa mea
columba mea immaculata mea

Secunda excellencia De peccati
est peccati immuni- immunitate
tatis. Et quantum ad actum peccati
dicitur Iacobi iiij. licet peccatum impugnat
non tamen vincat vel in sanctis Et
sic vincat ut non Iuxta illo
Ro vi. Non regnet peccatum in
vestro mortali corpore ad obe-
diendum concupiscentijs eius
etc. ps. Qui ingreditur sine
macula et operatur iusticiam qui
loquitur etc. horum quoque excel-
lentissimum privilegium et premium
in summo habet beata virgo Sed
peccati immunitatem ad quam pec-
catum veniale saltem vel
mortale accessum habere potuit
quia contra peccatum undique munita
fuit ita ut nec ipsam temptacio

vel impugnare potuit. Cant.
iiii°. Mille clippei pendent
ex ea omnis armatura fortiu
Aug. de natiu et gra Eum
de peccatis agitur nulla de hac virgi-
ne volo fieri mentionem. De pec-
candi difficultate vel impossibi-
litate

Tercia est peccandi
difficultas que erat in
sanctificatis in utero licet mortale
non possent peccare tamen non
semper de se sed gratia prohibente
venialia tamen licet difficulter
poterant peccare sicut dicitur de Johanne
baptista. Antra deserta te-
neris sub annis civium turmas
fugiens petisti ne levi saltem
maculare vitam famine pos-
ses etc. Hanc ergo excellentis-
simam ymmo in medio privilegium
habuit beata virgo et habuit scilicet peccan-
di impossibilitatem quia consecra-
ta fuit ipsa spiritus superveniente
et virtute altissimi obumbrante
indicatur et innuitur totalem ex-
tinctionem fomitis. Gen. xlix. Da-
bo tibi partem unam extra fratres
tuos de manu Amorrei et
gladio et arcu meo etc. De
bene merendi libera facultate

Quarta excellencia est
bene merendi libera facul-
tas hanc excellenciam habuerunt
sancti qui de vita carne et mun-
do ac dyabolo omnes actiones
et passiones suas licet non semper
actualiter tamen habitualiter propter

deum facere et pati et in deum refer-
re potuerunt. Prima Cor. x.: Colos.
iii. Omne quodcumque facitis in verbo et
in opere omnia in nomine domini ihesu
christi facite. Item prima Cor.
x. Sive manducatis sive bibi-
tis vel aliud quidquam facitis
omnia in gloriam dei facite etc. Se-
cundum nullus hic implere posset
frustra moreretur vel saperetur
unde si actualiter non potest fieri suf-
ficit habitualiter impleri a quibus-
dam huius actus dona ac bonorum
operum ad quartum privilegium
suum fuit excellentissime in
beata virgine que ex eo quod fomes
fuit in ipsa extinctus nullo mo-
tu primo saltem potuit abduci
vel impediri quin omnia possibilia
in deum actualiter referret que age-
bat vel paciebatur et quod
motum mereri ita quod omnis
eius actio et passio continua et
meritoria fuit in summo. De
spiritualis generacionis fecunditate

Quinta deinde excellencia
omnium maxima quia convenit et
prima earum que pertinet ad socio-
rum utilitatem quo ad alios
est spiritualium filiorum generacio quo
ad conversionis ipsorum beneficium
Cum sit per predicacionem instanciam
et beneficium cuius summe arduum
est ratio et fervens zelus ani-
marum quia sicut dicit Glosa
super Gen. xlix. Zabulon in lit-
tore maris habitabit etc. Nichil

tm placz deo nichil tm pla-
cat/ dm sic rciis z feruens
zelus aiaz nec e maius
donu q possit/ sicut aliquis
hre a deo qm vt eius instio
pose in sanctis mitteret et
de filiis dya^li filij dei fierent
z efficiant Iuxta illud ad
Gall. iiij. filioli mei quos
iterz pturio donec formetur
xpus in nob huius aut bo-
ni z dominatus excellen^cia^m
gremit bte vgini Si enim
illi dnr z sut filij scoz qui
p eoz pdicacom z imitacom
qvtut ad dm Omni aut z
sumus om pdicatoz e xps
qui p fidem omes electos
filios di fieri fecit Ipa aute
est mr xpi ~~Vn ipius qntu~~
ergo p qns mr om qui p
fidem regnati esse sut filij
z fcti xpi Vn ipius qntum p-
uilegiu qd qnta stella i ipius
cona et e Si em mr filij est
mr no solum fructu fieri
s etiam filioz filij ipa aut
est mr xpi qui omnia p-
duxit in ee nē z gracie z glie
g ipa e mr om Vn ipsa
mito dr de se. Luc j^o. Btam
me dicent oms generacones
Bnh. Merito o dna respiciunt
in te ~~oculi~~ oculi oms creature
in qua z ex qua benignis-
sima manus di qcqd creau^t
recreauit z renouauit etc
De alioz doctria z instruccoe
Sexta excellencia est
alioz informacō et
instruccō p exempli Sic
em alienoz maloz pticipes
sut qui alios suo exemplo
corrupiut ut qd quod dauid
orat dicens Ab occultis me-
is munda me z ab alienis
parce suo tuo. Ita alienoru
bonoz qsortes sut qui alios
suo exemplo ad bonu pro
uocant z instruunt Huius
boni z domi actus excelle^ncia^m
qvemit. bti vgini que ad
summe cacumen boni z deo
placitu sz ad vgint^s z cas-
titatis obseruanciam z voti
omnes vgines suo exem-
plo instituit et prouoca-
uit in eo q ipa prima om
sine pcepto sine qsilio. sz
exemplo alieno mius accep-
tissimu sue vginit^s deo
obtulit in sua psona qse-
crauit quia vt dicit Sapie
vj^o. In corrupco proximu
deo facit Vn in Apok' xe
Vgines secunt agnu ipe
quod sextu puilegiu quam
sexta stella in ipius cona
est q ipa dr et est vgo v-
ginu sz p primam institu-
cone z reliquaz imitacoz
et instruccom De alioru
Septima ex illuiacone
cellen^a e ao directone

vum illuminatos Tercium direc-
tio in vita per auxilium Unde non-
dum quod cum presentis vite sit via
tam transitus ad patriam celi
et ipsa vita sit posita in multis
erroribus et timoribus et laboribus
in suo transitu ad patriam et vi-
antes in hac vita sic sunt in noc-
te navigantes ad celi patriam
ut ad quietem et portum propter hoc
indigerit signo lucente et
dirigente et ducente ad portum
patrie ut non deviant exer-
rore nec terreant ex timore
ut fatigentur ex labore que
ea visitata confert in nocte na-
vigantibus ita que dicitur maris
stella quem secundum quod dicit mar-
tinus posita est in suppremo celi
circa axem et polum mundi ver-
sus meridiem et est in arte filate mi-
nima de illis septem stellis et
magis lucens aliis et semper
mobilis Unde et ob missis
multis aliis proprietatibus suis
solum quod magis ad propositum
dicamus illam signum stellam tri-
plici ratione que esse utilior est
ad nocturnam directionem navigan-
tium videlicet primo ratione sue altitudinis
quia situ est in suppremo circa po-
lum mundi Unde ubicumque et ab
omnibus mundi partibus potest vi-
deri Secundo ratione sue luminositatis
quia inter illas vii est magis
lucens et luminosa Tercio ratione sue
immobilitatis quia est immobilis sem-
per apparet in eodem loco celi
fixa propter quod certior et infallibilior

est directio secundum illam quam secundum vero
aliam totius celi stellarum licet
quo aliis sit pluribus ut doc-
toribus et pastoribus esse multum
possit convenire directionis fluctu-
antium sub errore et timore ac
labore huius vie et vite ad pa-
triam Ista tamen actus excellens
huius domini et boni perfectissimo et
dignissime convenit beate virgini
sicut et proprietas predicte huius stel-
le proprie convenit Ipsa enim in
suppremo celi posita est tamquam
altissima dignitate Ecclesiastici xxiiii°
Ego in altissimis habito et
thronus meus in columpna nu-
bis Ipsa et fulget luce summe
puritatis clarissima Sapientie vii
Hec est speciosior sole et super omnem
stellarum dispositionem luci comparata
prior invenitur Ipsa quoque est
a suo loco in celo sinitate
immobiliter quia circa centrum eternitatis
celestis glorie in perpetuum collo-
cata et in throno regni inme-
confirmata semper in eodem loco ap-
paruit Filius magis invenitur fir-
ma et immobilis et immutabilis
a sua misericordia et benignitate Unde sep-
timum privilegium tytulus eius proprie
ascribitur quia est stella maris.
quia virtus regalis corone sue
stella dirigens nos in via etc.

De clavium imperium introducere

Octava excellencia est
altior ad patriam intro-
ducens per proximum et suffragi-
um Secundum quia introductus sit
per ostium et portam Secundum

ey icd introducend̄ ⁊ exclude-
dum et pcludendū ea exigi-
tur sꝫ clauis sera ⁊ porta
Ad introducendū itaqꝫ in celū
et excludendū a celo et pclu-
dendū celum claues date st
petro que sūt duo sꝫ potes-
tas ligandi ⁊ soluendi ⁊ista
ep sit ite ligandi vel solue-
dum omnibꝫ successoribꝫ petrꝰ
sunt sicut sibi sera vero
porte sunt mā opa ⁊ mi-
ta porta vō celi est xpi gra
que ite quentibꝫ ipam pꝫ
excmito passionis ⁊ mortꝭ
xpi mediante fide ⁊deuo-
cone ipius passionis Sti
itaqꝫ epi ⁊ ecclie plati et sa-
cdotes hnt pditas claues
cum ptate apiendi ⁊ claude-
di ipam sere porte celi dor
opum ⁊ mita approbando et
deo vt fidelia ⁊ salutiua co-
mendo Alioꝝ vero reproba-
do ⁊ detestando ac indicando
celi introitū in digna huiꝰ
vero actus offitiū excellen-
tissime quenit regine mre
que nobis genuit ⁊ mundo
ipam mam produxit Iux
illud ps Suscepimꝰ deus
miam i medio templi tui .i.
in vtero vginis mris tue
ꝰ ipa est ipe porta celi q
illum genuit xque solū
celi introitus nobis pate po-
tuit Iohis xo Ego sum osti-

um pme si quis introierit
saluabr Hoc octaui puilegii
titlus qm e porta celi et ipe
ɔuenit ei vm̄ stella come
ipius lꝫ etiam ipe posset dici
fenestra celi ppt inductom
celestis luis ad domū ecclie
militantis iuxta illd viitatis
lume ipm solem iusticie
indutū etne duas in orbe
Sicut dr porta celi ppt intro-
ductom p proximū et suffra-
giū ad domū ecclie triumphantꝭ
non p simplex mīsteriū sic
ecclie episcopi et plati De

Nona excelle diuina cu-
ria attenditur i ciaa·
sima ad dm ginacone caita-
tia ppt quam Iohes baptista
in vtero sctificatꝰ ⁊ pcursor
⁊ pdicator xpo pmissus ami-
cus xpi est appellatus Ioh
iiio Qui hꝫ sponsam sponsꝰ
est amicꝰ aut sponsi est q
constat et audit et gaudet
ppt voce sponsi et Et Iohes
ewanta xpo familiaris dilcs
ppt castitatꝭ prerogatiua est
vocatꝰ Iohis vltio Dixit
discipulus ille quē diligebat ihc
petro dns est et Istud domi
ipe ⁊ excellentissime fuit in
beata vgine maior eni et p
pinquior est quanto que caꝛ
ex ui ⁊ gra ⁊ que fit mente
⁊ corpore qua quo mente in
quanto aut ⁊ amor bte vgis
ad xpm facta e p nāꝫ et gram

et corpore et mente tamquam mater
ad filium et non solum tamquam
familiaris et amica ad familia-
rem et amicum. Ergo istud bonum
et donum conversationis et amicitie
ad deum beata virgo assecuta est in
ultimo propinquitatis et in summo
gradu. Nona et summa corporis prevale-
ntia que prima et principalis stella
corone eius habita et certa est summus
ille titulus quod ipsa est et dicitur mater de-
summa et immediata propinquitate
habita secundum carnem nativitatem et generationem
ad deum etc. **Decima excellentia christi compassione**

Decima excel-**passione**
lentia attenditur in eo quod
est secundum hec ad christum ultima pro
christo et cum christo passionem vel com-
passionem ipsa attenditur in sum-
mis zelo pro dei iniuria et contemp-
tu propter quem zelum phinees filius
eleazari meruit honorem perpe-
tuum sacerdotii sibi et suis filiis confir-
matum numeri xxv capitulo. Et stetit phi-
nees et placavit et cessavit quas-
satio et reputatum est ei ad iustitiam
in generationem usque in sempiternum.
Simulatur helyas propter zelum quo
zelavit pro domino deo contra transgres-
siones iudeorum et iniquitates a-
chab et iezabel et ydolatrias eorum
translatus est in paradisum ut le-
gitur. Huius doni et meriti actum
exercuit beata virgo in summo quia ipsa
sola in passione filii per quam
protulit a suis [illegible] deo in

debitum et indignam sumitur in
iuria et contemptum persistit cum
filio et omnibus aliis fugientibus
et quibusdam dubitantibus
aliis vero destitutis ipsa sola
plenam et ultimam fidem et
compassionem huic filio commortua
et compassa usque ad compolentiam
menti magis corporalis. Ut et supra
ordinibus dictum fuit. Undecimum decimum
privilegium principis celi decima stel-
la corone est quantitas passionis
ipsius qua per eius totius operis humane
reparationis. **Undecima excellentia in**
Undecima **celis possessione**
una excellentia atten-
ditur in statu in respectu ad se-
niores que aliqua unum re-
spectu aliorum magis meruit
in superiori conditione maiori glo-
ria collocatur sicut quod iohannes
baptista virgo et martir et predicator
primus et summus in primo conditu
medii et celestis status collocatur.
Unde matthei xi. Inter natos
mulierum non surrexit maior
iohanne baptista etc. Quia sicut se habet
in via meritum ad meritum ita se
habet premium ad premium in patria
et in gloria. Maiori enim merito
conferuntur maiorem perpetuam
gratiarum et donorum cum non sit
meritum nisi per gratiam. Sed beata vir-
go super omnes angelos et homines

recepit hic in via maiorem
et pleniorem graciam que sine
excepcione largissima collo-
cacione fuit, sanctis (semper) gracia plena
ergo habuit in via maiora
merita et gloriam in patria summi
gradum super omnia angelorum
et sanctorum merita ergo est super
omnes choros angelorum exal-
tata et hec est undecima stella
in ipsius corona iuxta unde-
cimum privilegium ipsius respectu
angelorum et hominum De supremo
gradu et ordine in quo est beata
virgo collocata.

Duodecima excellencia
attenditur in suis singularibus
quod est habere superiore aut sup-
premum ordinem et gradum in
aliqua yerarchia sic in ordine
seraphyn primum gradum habet
angelus primus et supremus or-
dinis ipsius et sic de singulis
Similiter in humana ubi primum
gradum illius ordinis tenet
Johannes baptista In yerarchia vero
divina non est ordo secundum gradus
nullus est ibi prior aut posterior
aut maior aut minor Sed est
ibi ordo secundum solam distinccionem
relacionum Cum igitur beata virgo
in nullo gradu sit alicuius or-
dinis angelorum in yerarchia an-
gelica que est super omnes choros
angelorum exaltata Nec in yerar-

chia humana quia simpliciter ibi
non est inter homines Sed super omnes
homines nec haberi possit locum
in yerarchia divina quia ibi sunt
nisi tres pater et filius et spiritus sanctus
Restat ut ipsa per se singulariter
singularem in quarta yerarchia
que non habet ordinem vel gradum
in se Sed respectu yerarchie divine
tamquam superioris et angelice et
humane tamquam inferioris et
hoc est quod dicit Johannes in sermone Con-
tentus me et cetera Quia ipsa provenit
ultra quantum hunc condicionis possibi-
litas sit ubi non natura humana
tollitur sed magnitudo glorie demons-
tratur Recapitulacio et recollectio
duodecim privilegiorum beate virginis

In summa ergo recolligendo dic-
imus quod duodecim stelle in co-
rona regine nostre sunt xij. privile-
gia graciarum et meritorum excellencium
ipsius Quorum quatuor prima per-
tinent ad propriam et personalem
ipsius virginis sanctitatem que sunt
post dominum summa puritas peccati
et immunitas peccandi impossibili-
tas et merendi libera et plena fa-
cultas Quatuor vero sequencia
pertinent ad nostram utilitatem
quam consequimur ex ipsius misericor-
dia Quorum primum est quod ipsa est
mater omnium quantum ad filio et finem
et coheredem xpi spiritualem generacionem
et corporalem omnium renovacionem
Secundum est quod ipsa est virgo virginum
prima instructrix et imitatrix

z ꝯsuacionem dignitatis in omnibus
suis sequacibus. Tercium est quod
ipsa est stella maris principaliter
dirigens z ꝯducens nos in hiis
vite via. Quartum est quod ipsa est
porta celi proximo z suffragio
singulari introducens nos in
patriam. Alia vero ultima privilegia
pertinent ad ipsius virginis
singularem z personalem dignitatem.
Duo scilicet primum super quo se ad
deum secundum naturam z graciam z
hoc est supremum ipsius privilegium
in eo quod ipsa est mater dei. Aliud
per summam dileccionem z ꝯmendacionem
ad filium z cum filio z hoc est
passionis Christi ꝯmendacio et per
ipsius tocius nature reparacionis. Duo
vero scilicet per respectum infra se ad
omnem creaturam quorum unum
est quod ipsa est super omnes choros
angelorum in celis exaltata. Aliud est quod ipsa non est in aliqua
Jerarchia divina videlicet vel angelicam vel humanam. Sed per se
singulariter et sola sedet et
regnat in quarta Jerarchia
inmediate infra deum z super
omnem creaturam exaltata.
Hee sunt ergo duodecim stelle
videlicet xii privilegia quibus
beata virgo excellit omnem creaturam
ipsis privilegiis generaliter z singulariter personalibus donata. Tercia
xii beneficiorum regine misericordie

Egredimini igitur filie
Syon id est quecumque anime et
devoti virginis gloriose z videte
reginam nostram in dyademate
quo fuerat ꝯplete coronavit
enim filius suus in die de-
sponsacionis id est assumpcionis sue
ad corporalem ꝯvencionem et collocavit
z ad dexteram suam ubi ipse rex
requiescit in accubitu suo in
synum patris z sedet ad dexteram
maiestatis in excelsis z vocat
z invocate graciam reginam nostram
qua dispensat z ministrat the-
sauros nostre dei quos filius
suos reposuit z locavit ipsius
utero z sinu z manu z distri-
buendis z dispensandis probi-
bus indigentibus z ipsius ope
z auxilium digne et devote
implorantibus. Sicut autem ipsius
regine nostre mira z p[illegible]
attenduntur in predictis suis xii
privilegiis. Ita nostre ipsius bona
z dona dispensanda ꝯsistunt
in xii beneficiis z auxiliis. Primo
enim ipsa intercedente z nostram
filii dispensante z thesaurum
eius ꝯmissum. Ipsa divina nostra
provenit nescientes Johannis 3°
Spiritus ubi vult spirat z vocem
eius audis z nescis unde veni-
at aut quo vadat. Secundo at-
trahit nolentes z renitentes
Johannis vi°. Nemo potest venire
ad me nisi pater qui misit me
traxerit eum. Tercio sequitur

non querentes Ezechiel xxxiiii°
Ut periat requiram et quod abi-
tum fuat reducam Quarto
percurrit fugientes Exo. xxiii°
Ecce ego mitto angelum meum
qui precedat te et custodiat a morte.
Reum an facie tua Quinto re-
vocat recedentes Ysa. xxx°
Convertimini filii israel sicut in
profundum recesseratis Sexto ex-
pectat tardantes Ysaie xxx°
Expectat dominus ut misereatur et ideo
exaltabitur parcens vobis Sep-
timo suscipit venientes ps
Suscepit eos de via iniquita-
tis eorum Octavo adiuvat defici-
entes Ad Ro. viii° Ipse spiritus
adiuvat infirmitatem nostram
Nono reficit et ditat indige-
tes Mt. v° Beati qui esuriunt
et sitiunt iusticiam quoniam ipsi satu-
rabuntur Luc. primo Remittuntur
tibi peccata. Undecimo confert
meritum i. Cor. iiii. Quid ha-
bes quod non accepisti etc. Duo-
decimo premiat ultra condignum
Ad Roma. viii. Existimo quod
non sunt condigne passiones
huius temporis ad futuram gloriam
que revelabitur in nobis

Conclusio istius operis

Sic itaque de vita et vir-
tutibus beate virginis secundum
ordinem evangelice hystorie aliqua
licet pauca ad laudem ipsius
gloriose regine mee et ad mi-
randam et instaurandam devo-
torum ipsius diligenciam et af-
fectionem paupere sensu et tenui
sermone sub iunctis aliquibus
dictis et sumptis sanctorum et doctorum in
unum opusculum continuum compo-
sui et collegi Si vero cum multi-
na legencium utilitate tamen cum
multo meo labore continuam
ipsi virgini gloriose et suo filio pla-
cito et accepto erit igitur o virgo
gloriosa solius tue misericordie ut
suscipere digneris clementer pre-
sentis operis et laboris mu-
nusculum qualecumque quamvis
insufficiens nec condignum
dignitati tue cuius virtutes
et merita atque laudes non suf-
ficiunt explicare dignitates
angelice Solummodo enim
ad hoc potest fibre humana devocio
intendere ut misericordias matrem tu-
am apicias ut impendas
quo te miserante et suffra-
gante consequamur graciam filii
tui in presentis misericordie pericu-
lis et gaudia eterne beatitudinis
in celis Quod nobis prestare
dignetur dominus noster ihesus
xpistus qui cum deo patre omnis
filius qui cum eodem spiritu
sancto vivit et regnat per omnia
secula unus deus Amen.

Incipit prologus Engelbti abba-
tis admontensis ad tractatum de
vita et moribus beate

Uirginis

Letetur anima virginis
vra in mna ei9 et
cofundemini i laude
ipius etc. Eam vl
gloiosissimam virginem dei geni-
tricem Mariam que summe dig-
nitatis et gloie tytulum accepit
et meruit apud dnm habere cu
deo filium gnem et p gnis reg-
nare in diuisum cum filio im
porum Uniuersalis eccia et vna
queq deuota et fidelis anima
digne et iuste vt regina nre
pcibus et laudibus inuocauit
et implorauit credas firmit
et speras fidelr nichil de me
conplacencie gracius nichil hue
indigencie vtilius nichil nre
sufficientie supplende efficacius
posse ad salutem puenire pre-
sertim cu filius s tamquam nichil
deneget petenti Et omnia q
pecierat impetrant Iuxta id
iii R ii Pete mr mi neq
phas est vt auertam faciem
tuam Et quociens ub insiste-
do et psistendo in laudibus ipius
gloiose virginis quosdam
tepidiet et retardat accidia tan-
quam attediatos quosdam nero
diffidencia tamquam spe frus-
tratos quosdam autem in-
sufficiencia tamquam viribus

defatigatos Spus sanctus oim
boni auctor et inspirator
In pbus ppositis hortatur nos
primo ad laudis diligenciam Sco
confortat nos ad psistendi co-
fidenciam remota diffidencia
cum addit in mna ei9 Tcio
pmittit nobis ipius laudis
fructu et efficacia no obsta
te nra insufficiencia cum
submittit Et non cofundemini
in laude ipius etc Igitur ad
digne et rite laudanda et v-
tilit ac efficacit inuendo virginem
gloiosam .i. leticia in desidio
et conatu nro ipius anime
Iuxta id ps proxime cuius
anisentur in leticia et exultacione
ipius spei nre anchora fi-
git nosse nob spus scus in
ipius virginis mna Cum
dicit letetur anima vra i mna
eius etc que est regina nre
Iuxta id ysaie xvi pparabitur
in mna soliu ei9 etc. Unde
cum regina dicatur ab eadem
ione q sit potens sup ea
quorum est regina g° ipsa
regina nre potens est sup
nnum ad dandum et impetran-
dum et augmentandum ac co-
suandum nram omnibus quibus
voluit misereri Opes vo
nre ei9 laudantes ipam
gliosam virginem cum sollicitudine
letificat vt laudat inmoderate.

Iuxta illud ps. Iocundum sit ei eloquium
meum etc. Et non solum confortat
ut laudet in bonitate ps. ad
videndum in bonitate electorum tuorum
in leticia gentis tue etc. Sed
eciam rectificat et informat ut lau-
daret in veritate ne confundatur
de falsitate propter quod subiungitur
etc. non confundemur in lau-
de ipsius etc. videlicet vel in lau-
dando virtute mea defatiga-
ta vel spe salutis frustrata
vel veritatem per falsitatem mutata
quorum veritas per quam laudantis spes
confunditur quia dignus et veris
et non falsis laudibus delectatur
ipse deus. Unde super illud .I. Cor.
xv. Invenimur falsi testes dei
etc. dicit Glosa Augustini. Pro honore
dum est aliquid falsi et deo
dicere etiam si ad laudem eius
videatur pertinere quia non
minori sed maiori fortassis
scelere in deum laudatur falsitas
quam vituperatur veritas. Cum
igitur per consequens gloriosa virgo
Maria omni laude dignissima
non solum castis laudibus in
mentis iocunditate et voluntatis
bonitate. Sed eciam tantis laudi-
bus non mixta nec mutata
veritate sit laudanda ut laus
ipsius in cunctum sincera et
vera in tantum eciam fiat placita
et nobis placatoria propter hoc

obmissis quibusdam que in
pluribus libris et scriptis reperiuntur
de miraculis et vita ipsius habe-
torum aliqua sicut credendum est pium
Ita non asserere non est impium
Ex illis solis que de vita et vir-
tutibus ipsius evangeliis et aliis
autenticis libris et tractatibus
seu epistolis sanctorum habentur vel ex
eis dicte per quandam extractionem et
hic ponuntur ad honorem ipsius
regine mee de pluribus pau-
ca que meis viribus et ingenio
ad apprehendendum occurrere poterunt
ipsius gratia adiuvante perscrip-
ti opusculi continencia studii
legencium noticie ac memorie
commendare. Et quia secundum philoso-
phum laus est sermo elucidans virtu-
tis magnitudinem in laudato. Sed
magnitudo nature ac premiis ac
gaudii esset ei qui hominum mag-
nitudinem contra laudes beate
virginis talis et tantus esse pos-
set utinam possibile esset ei
ipsum contra laudes beate virginis
talis hominum ingratitudine et
multitudinem gratie et glorie ipsius
elucidarent. Iuxta illud Gen.
xxiiii. Qui elucidant me vitam
eternam habebunt etc. Nobis autem
peccatoribus et iniustis ac indignis
ad ipsam laudandam sufficiat
et ipsius fructus et proficiat fidelis
et devotus conatus ipse non sper-
nens nec derelinquet in me ipsius

fructus et profectus si tamen
ipsius laudibus devote insistere
et ipsius studiose conspicere satha-
gunt. Presens itaque opus iuxta
predictam intencionem distinctum
est in quatuor partes. In prima parte
ponentur aliqua que pertinent In
secunda ponentur alia que ex
auctoritatibus et dictis sanctorum habentur de
virtutibus beate virginis circa ipsius
vitam actualem. In tercia agentur
de illis que habentur in ipsius vir-
tutibus et graciis circa ipsius vitam
contemplativam. In quarta parte a-
getur de hiis que habentur de ipsius
beate virginis transitu ex hac vi-
ta in glorificatione corpore
et anima. Certum solius mentis est
ipsius virginis gloriose si qua
lesurus laudes ipsius sue dig-
nitatis impares acceptare dig-
nabitur de ore peccatoris ipsum con-
digne laudare non sufficiunt
etiam longe angelorum ordina
ut dicit Ieronimus. In comparabilis enim
est a laude celi quod in lau-
dem ipsius humanis vocibus pertractetur.

Incipit expositio ewangelice hystorie dia-
toria de vita et virtutibus beate virginis

Monere solent Marie
aliquos spiritualiter de-
votos gloriose virginis
Marie quod de vita et virtutibus
ipsius tam in diebus carnis
domini nostri Ihesu Christi et conversacionis
ipsius in hoc mundo tam pau-
ca ut ipsis pro sue devotionis
affectu videtur inveniuntur in
ewangeliis et actibus ac epistolis apostolorum

aut aliqua scriptura autentica
sufficiencia mencionem de ipsius
conversacione et vita ac virtutibus
et maxime de ipsius transitu et
assumpcione in anima et corpore
de hoc mundo ipsam tamen ecclesia
communiter et publice solempnisat. Se-
cundum quia huius rei causa ro-
nabilis esse possit a nonnul-
lis rationabiliter dubitatur. Ex eo
quod ipsius matris dei sanctitati et dig-
nitati conveniens et condignum et
fidelium ac devotorum ipsius sa-
luti et utilitati congruum et necessarium
esse videri potuisset virtutes et
laudes vite et conversacionis
eius non tacere sed alicuius
autentice scripture testimonio
commendare ad fidem et memo-
riam veritatis et exemplum vir-
tutis ac profectum nostre salutis sic-
sicud dicitur ad Romanos xv. Que-
cumque scripta sunt ad nostram
doctrinam scripta sunt ut per pa-
cienciam et consolacionem spem
habeamus. Ad idem etiam virtutes
non et gesta beate virginis su-
mam nobis paciam et consolacionis
et spem salutis prebere
potuissent maxime dum
scripture autentice testimonio
publicata fuissent. Respondetur
illud modicum quod de hac re latet
tante mentis insufficiens et in-
dignum ex dictis et auctoritatibus
patrum et doctorum vel ex scriptu-
ris occurrentium de sacris scripturis

turis et eorum expositoribus
inquirere potui iuxta stilo p-
sentis opusculi studui et potui
explicare. Innovata primo gra-
cia spiritus sancti et patrocinio ac
favore ipsius virginis gloriose
cuius laudibus digne explican-
dis proximus gloria et meritis
gloriosus licet etiam non sufficiant
lingwe angelorum super quos
est ineffabiliter exaltata. Incep-
tum saltem balbuciendo insis-
tere et audeat conari et ipsius inno-
rare quantum per virtus humana
pergerim et vita valde expedit
et proficit necessitatibus peccatorum

Quod ewangeliste de vita et virtutibus
beate virginis non omnia obmi-
serunt nec omnia conscripserunt

Circa predictam itaque dubita-
cionem absolvendam primo
advertendum est et notandum quod sed
ewangeliste et apostoli non omnia que
a christo in diebus carnis sue
dicta et facta sunt vel dixit ipsum
totaliter conscripserunt. Sed ea tantum
que ad fidem incarnacionis
et divinitatis ac humanitatis christi
et doctrine ac predicacionis et
passionis ac resurreccionis
et ascensionis eius ad celos
et aliorum operum humane redemp-
cionis per christum facte exigebantur
et sufficere videbantur. Ut Jo-
hannes in fine sui ewangelii
testatur dicens. Multa quidem
et alia signa fecit Jhesus in conspectu
discipulorum suorum que non sunt

scripta hic. Hec autem scripta
sunt ut credamus. Quia Jhesus
marie filius est christus filius
dei. Et ut hec credentes vitam
habeamus in nomine ipsius etc.
Quia videlicet horum scriptorum fides
videbatur exigi et sufficere ad
salutem. Ita ipsi ewangeliste
et apostoli non omnia que circa vi-
tam et conversacionem beate virginis per
ipsum et cum ipsa et in ipsa divi-
nitus acta et facta sunt omnibus
conscripserunt. Nec etiam omnino
tacuerunt ut igitur ad solucionem
predicte dubitacionis magis con-
grua via valeat perveniri
fortassis est videndum. Primo que
fuit illa que de conversacione et
vita ac virtutibus beate virginis
in ewangeliis et epistolis ac ac-
tibus apostolorum inveniuntur expressa.
Secunda que videantur obmissa.
Tercia qua causa vel racione
illa videri possint fuisse ex-
pressa et ista obmissa. Istis enim
tribus diligenter pertinentibus
soluta esse videtur dubitacio
predicte questionis. Que Ma-
theus scripsit de virtutibus et vita

Quantum vero beate virginis
visitacio articulorum fidei
ex dictis ewangelii que credenda
fuit et sumenda. Quia ewangelium est sancte fidei
regula et mensura. Et unus
articulus fidei sit quod christus con-
ceptus sit de spiritu sancto et natus

ex maria virgine Proinde necesse
fuit ut ewangelium insinuaret
marie virginitatem et inventionem
etc. per que ipsius exprimeret i. a que
ad perfectam cognitionem virginitatis
et inventionis ipsius ostendende
exigebantur et sufficere videba
tur Primo igitur matheus qui
in ebrayco ewangelium primum scrip
sit tum de virginitate et mater
nitate beate marie enarrari
ne ewangelica prosecutus est ipsius
genealogiam et personarum
de patribus de quibus facta fuit
promissio de christo ex tempore se
mine nascituro in principio sui
ewangelii capitulo primo incipiens
ab abraham et descendens
secundum ordinem genealogie per
domini usque ad Joseph virum
Marie quem ex ipso ordine ge
nealogie usque ad Joseph
consequenter innuit de familia
et de domo david fuisse Ex
eo quod secundum legem viri non
ducebant uxores nisi de sua
tribu Dein capitulo i describit
consequenter modum generationis christi
de maria In summa quod cum
Joseph desponsata fuisset in
uxorem tamen ipsa virgo spon
sa sponso ante quam convenirent
i. antequam Joseph eam
in domum suam introduceret
ut futuram inventa est ut
dicit Johannes vel ubi ipso Joseph
ex maritali licentia oppor
tebat ea que ex sponsa
sua habebat percipere et cognosce
vel inventa est a matre sua
et proximis ipsius virginis in
pregnata esse etc. Et quod pro
tanto Joseph cum esset vir
iustus et semper volens
custodire non sponsam. ledere
cogitaverit non velle eam
in domum suam traducere Ne
videretur eam non expectatis
legittimis nuptiarum solemp
nitatibus impregnasse vel
ab alio impregnatam prodere
in virginis opprobrium vel dis
simulando celare aliorum
vicium ad quelibet istorum vitan
dum voluit eam occulte
dimittere Ne ipsa virgo ex
occulta dimissione infama
retur et nichilominus ipsius
virginis mundo et dyabolo
celaretur et ad occultandum
incarnationis misterium ihesus
Joseph esse filius putaretur
ipse Joseph monetur in somp
nis ab angelo ut postpo
sito predicte perplexitatis sue
timore virginem acciperet in
coniugem suam traduceret ut
coniugem Et ut Ambrosius super
lucam dominus magis voluit
aliquos de fide sui ortus
et Joseph filius putari quam
matrem suam virginem de ad
ulterio infamari Consequenter
matheus de scriptura prophetica

Marie secundum ordinem genelogie
a patribus insinuata breviter
singularem generatione christi de ma-
ria virgine et maternitate
ipsius et desponsatione fac-
tam Ioseph et traditione ipsius
in domum mariti obmissa
annunciatione ad virginem et ordine
et modo et loco ac tempore nativitatis
christi de maria describit adven-
tum magorum adorantem et
christi [illegible] inquisitionem et adora-
tionem a magis cum muneribus
a christo oblatis et ipsorum reversionem
ad patriam et herodis perturbationem
et christi persecutionem et puerorum oc-
cisionem et fugam Marie et
Ioseph cum puero in egyp-
tum Postmodum in ii capitulo de-
scribit mortem herodis et re-
vocationem et reditum Ioseph et
marie cum puero de egypto
in terra iuda in civitate Na-
zareth secundum angelicam admo-
nitionem Idem in xii capitulo descri-
bit inquisitionem matris ihesu et
fratrum eius ad loquendum ei cum
esset in predicatione ad populum oc-
cupatus et factum [illegible] debet
insinuationem alicuiusdam dicen-
te ad ihesum Ecce mater tua et
fratres foris stant querentes
tibi loqui et hec ipsius ihesu re-
sponsionem Que est inquit
mater mea et qui sunt fratres mei etc.
Ultimo vero sic habetur ibi Ma-
thei capitulo xiii Unde christo de-

therentes et ipsum propter humilitatem
et paupertatem parentum suorum scilicet
Marie et Ioseph et despicientes
leguntur dixisse Unde huic tanta
sapientia Nonne hic est filius
fabri scilicet Ioseph qui fuit fa-
ber carpentarius lignorum
Nonne mater eius maria Hec
itaque sunt que circa procreationem
marie de patribus et singularem
generationem christi de ipsa et circa tradi-
tionem ~~scripta et expressa a matheo~~
eius et vitam et actus et edu-
cationem et curam ipsius ihesu
a maria et ihesu habentur scripta et
expressa a Matheo in suo evangelio.

Que marcus scripsit de vita et
virtutibus beate virginis gloriose etc.

Marcus vero in suo evangelio
secundum quod dicit Augustinus
in libro contra faustum videtur
esse quasi quedam recapitu-
latio et breviatio eorum que
a matheo scripta erant nec de
procreatione Marie aliquid tribuens nec
de generatione christi de maria.
Nec de gestis aliquibus circa ip-
sam vel ab ipsa Nec de ipsius christi
educatione et curatione a parenti-
bus facta aliquam mentionem facit Sed
ista omnia supponendo a ma-
theo plenius scripta qui tamquam
primus conscriptor evangelice hystorie
ab origine humanitatis et huma-
nitatis christi altius incepit
suum evangelium nativitatem et
descriptionem Ipse marcus suum ev-

uangeliu incipit a predicacione
iohannis tamquam approprinquioribus
inchoanda Patet capitulo iiii° hec
quo solummodo de matre marie i°
tetigit quod quaerebat una cum fra-
tribus eius scilicet cognatis eius loqui
ihesu cum in templo predicaret
ut patet hitum e Math xii
Et quod iudei xpistum despicien-
tes dixerunt Nonne iste est
faber filius marie frater Iaco-
bi et Joseph et Symonis etc.

Nunc lucas scripsit de vita et
virtutibus Beate virginis

Lucas vero qui ut dicitur
fuit enim sicut de ore b.
virginis conscripsit quod patet ex
eo quod missione angeli ad
ipsam virginem et eius collocu-
tionem describit cum missionem et
allocutionem nullus preter ipsum
angelum et virginem interfuit ab
alcioribus incipiens capitulo primo videlicet
ab renunciacione nativitatis Johannis
et ipsa nativitate latius prosequitur
evangelicam hystoriam mox
describens angeli missionem
ad virginem et ipsius salutationem
et annunciationem conceptionis et
nativitatis xpisti de ipsa virgine et deinde
accessum illius ad elyzabeth cog-
natam suam et eciam mutuam sa-
lutacionem et congratulacionem et prophe-
ticam exultacionem ad invicem
Et moram et mansionem ip-
sius apud elyzabeth usque ad
nativitatem Johannis deinde capitulo ii°
describit ascensum Joseph et

marie de Nazareth in Beth-
leem ad professionem census
et ipsius Marie partum in beth-
leem Et materna tractacionem
et curacionem nati infantis
Quem enim ipse suis manibus
pannis involuit et reclinavit
in presepio sicut fenum et angelo-
lorum apparicionem et admiracionem
Nativitatis xpisti ad pastores
et pastorum inquisicionem et
invencionem infantis invo-
luti pannis impositi in prese-
pio et pastorum congratulaciones
et collaudacionem et conservacionem
omnium predictorum verborum et gestorum
in corde Marie et ipsorum collacionem
ad ea que legerat de nativitate
xpisti et humanitate prophetica
et sibi a sancto spiritu revelata et
ab angelo sensibiliter annun-
ciata Mox deinde narrando
describit pueri nati circumcisionem
et nominis ihesu imposicionem ac matris
ipsius purificacionem secundum legem
et presentacionem et oblacionem in tem-
plo et eius suscepcionem a Syme-
one in ulnas suas et ipsius
Symeonis exultacionem et prophe-
ticam congratulacionem Et super
omnibus predictis Joseph et
marie admiracionem et Symeonis
et Anne propheticam benedictionem
et manifestacionem xpisti nati ad eos
qui expectabant redempcionem
Israel deinde describit annuas

et positum in presepio etc. Erat
istius pueri singulare signum
et priuilegium Iuxta illud psalmi pau-
per sum ego et in laboribus
meis a iuuentute mea Job

v. homo nascitur ad laborem
Secundo propter signum datum magis
de celo quod indicabat eum pue-
rum natum diuinitate eius
claritate et maiestatem quia
non puro homini sed deo celes-
tia et celum psalmus Tui sunt
celi et tua est terra orbem terre
et plenitudinem eius tu fun-
dasti etc. Tercio propter signum
datum matri de malorum
ruina et bonorum resurreccio-
ne et de nouo accidencium con-
dicione et pertransitu gladij per
pertransiens gladij in filij passio-
ne et de cogitacionum et cordium
reuelacionum in primis ibi ratione
luce ij. Ecce positus est hic
in ruinam Secundo per causam
ex metu et hesitacione animi
dubij quia ad mīraco̅ē est
quidam stupor mentis ex
insolito affatu apparenti cuius
causa ignoratur et ita de christo
mirabantur pharisei et iudei luc.
ij. Stupebant autem omnes
et mirabantur super doctrinam
et responsis eius et maxime ex eo
quod faceret litteras cum non
didicisset vt legitur Johannis
viij. Tercio per causam admi-
racio ex magnitudine exul-
tacionis et gaudij et ita mira-
batur mater ihesu de ipso videlicet
non motu alicuius dubij
sed incarnacionis misterium per-
fectissime credidit et cognouit

de quo angelo nunciante et
spiritu sancto revelante plenissime
docta fuit quod ut dicit Bernardus
Sol illi datum fuit scire cui
solum datum fuit experire Ne
que metu magnitudinis mi-
sterii que in ipso opere incarna-
tionis fuit summam humilitatem
et summam dei dignacionem erga
se proxima recognovit Luce
i Quia respexit humilitatem
ancille sue etc. Et inhabuit
in exultatione gaudii pro
super certitudine divine promis-
sionis quam deus fecit ut pro
miserat ipse recordatus est mise-
ricordie domini israel etc. super ple-
nitudinem adimpletionis
quam ut dicitur Luce i Sus-
cepit israhel puerum suum re
cordatus misericordie sue Sicut locu
tus est ad patres nostros etc.
Tercio super magnitudinem
et multitudinem letificationis
et gaudii videns omnia ad
impleri que de ipso erant
promissa et prophetata Ysaias lx
Tunc videbis et affluens et
mirabitur et dilatabitur cor tuum etc.
Adimplebis me leticia cum
vultu tuo etc. Quod ad matrem

Sexto ad pertinet ad filium
officium pia compassio-
bone matris respectu filii per-
tinet pia compassio Hanc vero
virgo erga filium senciret habuit
et ondit quod ut legitur Luce ii

Cum factus esset ihesus annorum xii
ascendentibus parentibus eius ihe-
rusalem et ibi cum eis manentibus re-
mansit puer ihesus in iherusalem
parentibus eius nescientibus et
existimantibus eum redeundo co-
mitatu esse cognatos et no-
tos Et eo quesito et non in
vento inter eos Reversi sunt in
iherusalem et dolentes in iherusalem Iuxta
illud Cant. iii Quesivi illum quem
diligit anima mea quesivi et
non inveni illum Surgam
et circuibo civitatem per vicos et
plateas querens quem diligit
anima mea etc. Et per triduum
querentes tandem invenerunt eum
in medio doctorum audientem
et interrogantem illos Cant. iii
Paululum cum pertransissem illos
inveni quem diligit anima mea
etc. Et dixit pia mater de filio
de sua absencia compaciendo
Fili quid fecisti nobis sic te
nobis sed tibi de tua absencia
compacientibus et te querentibus
Quid fecisti sic sed te a nobis
absentando tua visione et
consolatione nos sibi frustrando
et metu ac merore pro te
angustiando Iuxta illud
Ysaias xlix Numquid oblivisci potest
mater ut non misereatur filio
uteri sui etc. Fuerunt autem Io-
seph et maria pro absencia

pueri angustiati et dolentes
maxime ppt̃ incarnatum filium
hodie tuc regnante timen-
tes vt dicit Glosa ne fieri mor-
tes pueri si apprehensus fuisset
et in custodiendo et saluando
puero negligentes essent
et diligenciam habuissent Et
ihesus respondens dixit Quid
est quod me querebatis Nesci-
ebatis in hiis que patris mei
sunt oportet me esse Non quidem
in Anno xii. Incepit xpus
suis parentibus insinuare suam
deitatem quia numerus duodenarius
secundum glosam Insinuat inicium
perfeccionis ewangelice et a-
postolice predicacionis Est ergo
sensus et intencio huius inter-
rogacionis Quid est etc.
quasi dicat et exploret vtrum
cum quesiuerit quasi ignorantes
et non attendentes suam deitatem
quia ipsum tamquam a patre
missum oportet esse in hiis
occupatus ad que et propter que
pater misit eum etc. Aut vtrum
quesiuerit eum vt curantes
et custodientes suam solam
humanitatem Vnde subdit Nes-
ciebatis .i. scire et recordare
debuistis quia cum non sum pu-
rus homo sed deus et homo o-
portet secundum voluntatem patris mei
igitur et in hiis esse et opta patris
mei facere ad que pater me
misit facere Et cum in hoc verso
aliquo modo ascendisset ad in-
sinuandam parentibus altitudinem
sue diuinitatis Mox descendit
ad ostendendam nichilominus
parentibus mansuetudinem sue
humilitatis Et subdit ewangelista
Quod descendit cum parentibus
in Nazareth et erat subditus
tamquam filius iuxta debitum
et officium assumpte humanitatis
et statim crescentis ad huc eta-
tis Que vero xpus de mercipis
ab anno xii vsque in annum
tricesimum sue etatis per illos inter
medios xviii. annos fecerit
vel que circa ipsum facta et acta
sunt hec ewangelista obmittendo in-
sinuat quod non alia fecerit
nisi que ad debitum subieccionis
et humilitatis assumpte
humanitatis quo ad parentes et
ad negocium parentum voluntatis
ad quam faciendam missus
venerat pertinebat secundum incre-
mentum proficientis in xpo
gracie et etatis sic luc subiungit
et ihesus proficiebat sapiencia
et etate et gracia apud deum
et homines Sapiencia scilicet et gracia
quantum ad ostensionem et effectum
meo in quo alys proficit
Etate vero quantum ad corporis
statum et profectum Quod ad
matrem pertinet filii cemonico

Septimo ad officium pre
minence ad filium pertinet fi
delis admonicio et allocucio sicut
legitur Gen. xxvij. Quod dixit
rebecca filio suo Jacob Audi
in patrem tuum loquentem ad
esau fratrem tuum etc. Et subiungit
Nunc ergo fili acquiesce con
silijs meis et pergens cito va
de ad gregem et affer michi
duos edos optimos et cetera
Confidelem vero et nimia amo
ricom et allocucionem huisse
Alio quociens Tercium virginei
ad filium patet ex eo quod legitur
Math. xij. Quod ihesu loque
te ad turbas in templo dixit
ei quidam Ecce mater tua et
fratres tui foris stant querentes
tes loqui tibi Quod autem
beata virgo intendit alloqui
filium de re aliqua sue allocu
cioni digna et optima patet per
glosam ubi dicitur quod iste non
simplici intencione nunciant
ihesu quod mater et fratres eius quo
rerent loqui sibi Sed ut explo
raret si ihesus matrem et fratres
suos secundum carnem proferre
officio predicacionis cum tunc
instabat in templo docens
ut illo obmisso vel interrupto
exiret ad alloquendum matrem
et fratres de re familiari aliqua

et spirituali Nam dominus super
Math. dicit quod ihesus voluit
exire ad eos de templo ad
alloquendum ipsis vel audiendum
eos non quasi matrem abnueret
vel abnegaret vel fratres de
spiceret secundum carnem Sed
ut nunciantem et insidiantem ob
viaret et insinuaret se ma
trem et fratres secundum carnem non
quidem in tempore vel nega
re sed matrem et fratres secundum deum non
preferre. quasi diceret Non solum ista
est mater mea et isti fratres mei secundum
carnem Sed eciam secundum spiritum et
secundum fidem in deum Isti sunt
mater mea qui me cottidie
in suis et in mentibus cordium
per fidem concipiunt et generant
Unde ad Galath. iiij. Fi
lioli mei quos iterum parturio
donec formetur christus in vobis
etc. Et isti sunt fratres mei qui
faciunt voluntatem patris mei
tamquam filij ipsius et per hoc
fratres mei. De quibus fiat disci
pulorum allocucio etc.

Quid autem et de quo mater
ihesu et fratres sui inten
debant ei tunc loqui ewangelista
vero exprimit quia ipse ad eos
non exeunte de templo locum
sibi loquendi non habebant

n intendebant. A simili vero
sm contrariz discipt[i] q[uod] sic apli
legit[ur] non aliam aliq[ua]m conu[er]sa-
c[i]o[n]em simonis ad x[pist]m habuisse
nisi de hiis que ipse x[pist]o dix[it]
r eor[um] saluti necia vel congrua
poterunt heu. Ita & bta virgie
cca hanc materia e tenendum
cu ipa sm quod dicit. Dimisit
remis. Ex o[m]nib[us] que ad g[ra]-
ciam virtute ac salute p[er]tinet
u nullo illustr[a]ta sup[er]et. Sci-
endu itaq[ue] q[uod] apli sm eua-
geliorum continenciam no legu[n]t
cum dno ihu xpo aliquam
aliam conu[er]sac[i]o[n]em simonis ha-
buisse nisi de hiis que p[er]ti-
nere videbant[ur] vel ad me-
l[ior]ac[i]o[n]em de ducendis r discen-
dis ab eo in doctrina verbo
sic legit[ur] luc xi°. Dne doce
nos orare sic r iohes docuit
discipulos suos vel de verbis
r parabolis suis exponendis
in misterio Math xiii. Edisse
nob[is] parabolam zyzaniorum a-
gri. Et luc viii. Interrogabat
enim discipuli ei[us] que esset
hec parabola vel de obs[er]uandis
r faciendis in precepto Math
xviii°. Dne si peccauit in me
frat[er] me[us] quociens dimittam
ei vel de exhibendis r facien-
dis in obsequio luc ix. Dne
vis dicamus vt ignis descendat
de celo r consumat eos. Item

Math xxvi. vbi vis paremus
t[ibi] comedere pascha. Et luce xxii.
Dne si percutim[us] in gladio vel
de petendis tibis eo in auxilio
Math ix. Suscitauerunt ihm dis-
cipuli dicentes. Dne salua nos
perimus vel de sufficiendis curis r
businis in populo Math xv°.
Dne dimitte eam q[uia] clamat
post nos. Et math xiiii. Di-
mitte turbas vt euntes in
castella emant s[ibi] escas vel de
sp[er]andis r expectandis ab ipso
in premio Math xix. Ecce nos
reliquimus omnia r secuti sumus
te. Quid ergo erit nobis l[ege]
de modorum p[er]secucionib[us] r in
sidiis euadendis vel declinandis
in populo Math xv. Scis quia
phariseii audito h[oc] v[er]bo scan-
dalizati sunt. Item Johis xi.
Nunc querebant te iudei lapi-
dare r iterum vadis illuc vel de
reuelandis e[ius] secretis in occul-
to Math xxiiii. Dic nob[is] q[ua]n-
do erunt r quod signum erit aduen-
tus tui r assumpcionis seculi.
Item Johis xiiii°. Domine
nescimus quo vadis r quomo-
possumus viam scire. Et ibidem
Dne onde nob[is] patrem r sufficit
nob[is]. Item Joh xiii. Cum re-
cubuisset discipulus que dilige-
bat ihus sup[ra] pect[us] dicit ei ihs
Dne quis e[st] qui tradet te vere

igitur omne confirmacio simonid
quam legitur apostoli in ewangelio
husse ad xpm ad aliqua pre
dictorum materiarum et modorum du
ci posse videtur que materie non
contineant nisi ea que ad graciam
xpi et virtutem doctrine et factorum
eius ad nostram salutem et salua
cionem pertinere videntur Iuxta illud
luce xix Venit filius hominis
querere et saluum facere quod perierat
Vnde omnia dicta et opera xpi ad
querendam et efficiendam sa
lutem humanam dirigebantur

De quibus fuerit allocucio .4.

Cum igitur breviter dictis ad
sic dicit proverbiorum filium
xxii Nunc modo dat simones
suos doctus et prudens est etc.
modicus vero simonum consistit
in eo quod videat Quis tamen quo
quando et quid loquatur et quare
Iuxta illud proverbiorum v prude
tie inclina aurem tuam quid
loquatur ut custodias cogita
tiones tuas et disciplinam la
bia tua conservet etc. Beata autem
virgo cum homine doctissima
et prudentissima fuit propter
quod etiam libros sapientie spiritua
liter de ipsa exponit Vnde de ipsa
Sapientie vii Omnium artifex do
cuit me sapientiam etc. Ergo in
alloquendo filium oportuit pre
dictarum materiarum et modorum allo-
cucionis personam observauit
Vnde allocucio eius in se modu
ta cordinata et filio accepta
bilis extitit Iuxta illud Sap viii
proposui hanc educere michi
ad conuiuendum sciens quod mecum
communicabit sermone de bonis et
erit allocucio cogitacionis et
tedii mei etc. quia ut dicitur
ibidem viii Iustitia loquele
eius est sapiencia et perfectius in com
municatione sermoni eius Sa
me perigens et pre credendum
et credendum est quod suppo
sito quod xpc vult dixit qui ei inc
timauit dicens Ecce mater tua
et fratres tui foris stant quere
tes loqui tibi etc. Nam quid
erat quod ihesus tunc in templo predi
cacione publica occupato ei
loqui intendebat non fuit
ociosum et officiosum ac o
ptimum pro loco et causa et
tempore ac persona cordinatum
et moderatum ac filio accep
tabile extitit Iuxta illud Cant
viii Ego dilecto meo et ad me
conuersio eius Ibidem ii Vnde in
facie tua sonet vox tua in au
ribus meis vox enim tua dul
cis et facies tua decora etc.
Vnde non ad despectum et repul
sionem desiderii matris xpi
defendendum est quod xpc tunc respo
dit Que est mater mea et qui

fuit fres mei etc. Et cum ipse xpus esset deus et homo voluit insinuare quod alio et alio intellectu et prospectu pensandus esset affectus sibi impensus a propinquis secundum carnem et propinquantibus sibi secundum fidem et alis affectus ... et pro ... refundendus Beda super lucam Ipsa dei genitrix virgo maria inde vere ... beata quia verbi incarnati ministra ... carne est facta ad quod tamen ministerium non nisi sancta et immaculata super omnes ... assumeda Sed multo beatior quia ipsius verbi incarnati custos et servatrix secundum fidem in corde suo immobiliter permanebant Iuxta ... luc. 2o Maria autem conservabat omnia verba hec conferens in corde suo Unde ipsa ... et principaliter in tantum ... ecclesie dicitur virgo fidelis Maria verbi incarnati fidem et ... ipsa sola et prima mente et ventre a spiritu sancto concepit et accepit et conservavit et sola ... in passione et morte filii alijs dubitantibus et ... retinuit ... quod in triduo mortis filij sui ... et fides ecclesie de xpo in ipsa sola stetit et permansit usque dum post resurrectionem in

apostolis resuscitata et per eos dilatata fuit Et propterea venerabilis traditio et opinio est multorum quod dies sabbati potissime est beate virginis specialiter ad devocionem et ieiunium ab ecclesie consuetudine in pluribus ... deputata quia post passionem dominicam passionis toto sabbato sequenti et nocte proxime precedente ... fides ecclesie de xpo in ipsa sola stetit et suscitata fuit Ecclesiastici xxiiii In me gratia omnis vie et veritatis in me omnis spes vite et virtutis etc. Gratia enim omnis vie et veritatis est gratia ... fidei que est via demonstrans veritatem et spem vite beatitudinis et hec que fides in ipsa sola ... permansit etc. Quod ad officium matris

Ad filium pertinet blanda

Continuo ad officium consolationis pie matris ad filium pertinet blanda consolacio Iuxta ysaie ultimo Sicut mater consolatur filios suos ita et ego consolabor vos etc. Est autem consolacio mitigacio turbationis vel solamen desolationis quo turbati vel desolati accipiunt turbationis vel desolationis remedium Christus in passione fuit turbatus in corpore ex ipsa passione per

quia omnia membra sua in-
teriora et exteriora fuerunt a sua
complexione et naturali ordine pertur-
bata et dissoluta. Psalmus: Contur-
bata sunt omnia ossa mea etc.
et anima mea turbata est val-
de. Secundo fuit desolatus in sua
ex compassione de naturali horrore
mortis et ex compassione per
tristitiam matris de incredulitate
Iudeorum et dampnatione incredu-
lorum et dubitatione ac fuga ac
scandalo apostolorum. Unde in Math.
xxvi: Tristis est anima mea
usque ad mortem etc. Cuius tristitie
causam premisit dicens:
Omnes vos scandalum patie-
mini in me in hac nocte.
Scriptum est enim: percutiam pas-
torem et dispergentur oves gre-
gis etc. Est autem secundum philosophum
quedam mitigatio et per consequens
consolatio tristicie et doloris
quando homo in tribulatione
videt se habere aliquos ami-
cos parentes et ipse cognatos et
sibi vere credentes et compati-
entes. Prima autem quantum sit
ad patientes tunc habetur de
compassione quantum credit
vel intelligit illos dignius
aut indignius pati. Unde ad
presens sciendum est quod in passione
Christi fuit quadruplex diver-
sitas astancium et intuencium

eius passionem. Quidam enim
huius passionis habuerunt fidem
sed non compassionem, ut angeli
qui mysterium incarnationis et
passionis cognoverunt. Isti
habebant fidem de passione
sed non de compassione, quia tri-
cia locum non habeat aliqua
passio per consequens nec compassio. Qui-
dam vero habuerunt compas-
sionem sed non fidem, ut dis-
cipuli fugientes et dolentes
implorantes pro Christi passione
et morte; et mulieres sequentes
et lamentantes, ut dicitur Luc. xxiii:
Filie Ierusalem nolite flere super
me etc. Nec obstat quod dicit
Gregorius super Iob xix: Pel-
li mee consumptis carnibus
adhesit os meum. Quod
in passione Christi ossa, id est
ipsi Christo consumptis carnibus,
id est discipulis fugientibus, qui
erant Christo propinquiores secundum
carnes ossibus, sole pelles,
id est mulieres sequentes, ad-
heserunt ossi, id est ipsi Christo. Que
adheserunt sequendo solum et
compatiendo sed non plene cre-
dendo, quod patet. Quia Maria
Magdalena que in devotione
et amore inter illas mulieres
precipua ad Christum fuit post
ipsam resurrectionem adhuc
non plene credidit, sic dicit

glo sup io Johis xx°. Noli
me tangere quia nondum as-
cendi ad patrem meum et cetera
Quidam vero nec fidem
nec compassionem habuerunt ut iudei
et alii xpo exprobrantes et
insultantes ut habetur Math
xxvii°. Transeuntes autem blas-
phemabant eum moventes
capita sua et dicentes vach
qui destruit templum dei
et in triduo reedificat et cetera. Sed
autem latro in cruce fidem ha-
buit. qui dixit Memento mei
domine dum veneris in regnum
tuum Luce xxiii. Et cen-
turio sub cruce qui viso
terre motu et signis que
fiebant dixit vere filius
dei erat iste Math xxvii.
Illorum tamen fides et compassio
longe impar fuit fidei et
compassioni illi quam sola beata
virgo in morte et de morte
filii habebat quia ex sum-
ma fide qua misterium in-
carnationis et passionis ob
excellentius credidit et cog-
nota novit habuit in morte
filii summum gaudium et exul-
tationem pro altitudine redemp-
tionis generis humani. Et ex sum-
ma compassione ad quam
natura et gratia instigabit ha-
buit summum dolorem pro acer-
bitudine passionis et mortis
filii. Psalmus Ubi dolores ut parturi-
entis et cetera. Prima ut dicit Da-
mascenus dolores quos in
partu filii effugit in mor-
te filii sustinuit. Secunda in-
tuens et perpendens in passio-
ne filii et morte nature de se
assumpte nobilitatem quantum
ad corpus in quo patiebatur.
Quia ut dicitur y. Ti. xxxiii Ipse
erat quasi tenerrimus ligni ver-
miculus et cetera et quantum ad mentem
qua motus et miseratus pa-
tiebatur. Tercia ut dicitur ad Ro-
manos viii°. Proprio filio suo deus pater non
pepercit sed pro nobis omnibus
tradidit eum. Et cause redemptionis
propter quam patiebatur quia pro
redemptione generis humani et
totius mundi Joh iii°. Sic
deus dilexit mundum ut filium
suum unigenitum daret ut
omnis qui credit ipsum non
pereat sed habeat vitam eter-
nam. Illa triplici exultatione
et compassione simul movebatur
de qua dicitur proverb xxxi. Quid
dilecte mi quid dilecte voto-
rum meorum et cetera. Primum dicat quid
sit patris dilecte mi quantum
de assumpte de me nature no-
bilitatem et tollerare passio-
nis acerbitatem. Secundum dilecte uteri
mei quantum ad gratiam in me

sitatem quia utero meo con
tulisti fecunditatem et non abs-
tulisti virginitatem. Gaudium
dulce votorum meorum consecutum
ad tanse credulitate propter
quem de me nasci et pro omnibus
pati et mori voluisti ut tua
summam ondes caritate Zach
xiii. Quid sunt plage iste
in medio manuum tuarum
Unde quia Christus in sua pas-
sione cum credentibus et cum
compacientibus nulla compassio
vicaria recepit pro quorum
infidelitate vel infirmitate fi-
dei vel compassionis trepida-
tate se usque ad mortem cesta-
ri dixit illud Osee xiii. Con-
solatio abscondita est ab oculis
meis etc. Patet quia a sola vir-
gine matre sua que summa fide
et amore et dolore compaciente
Christus tunc consolacionem habuit.
Secundum multitudinem dolorum
meorum in corde meo consola-
ciones tue letificaverunt animam
meam. Unde et Christus in morte
sua matris sue desolacionem
versa vice consolando matrem
virgine Johanni virgini et sub ma-
tris et filij titulo et fide et
amore commendavit de qua
commendacione ipsius ulterius ia
dicendum. De mulieribus que
Astabant cum beata virgine as-
tabant passioni Christi
Ante

iuxta crucem Jhesu mater eius et
soror matris eius Maria cleo-
phe etc. Innuit hic evangelista
ex plicacionem quandam mulierum que se-
cute sunt dominum ad crucem
et ad compassionem summo matrem
que ut precipua et potior ex
debitu et affectu materno ibidem
prius astitit. Idem numerum Ma-
terterarum et cognatarum scilicet Sororum
beate virginis ipsi assistencium ex
quibus hic exprimitur Maria
cleophe id est filia quondam Anna ma-
tris beate virginis habuit post Joachym
ex cleopha que postmodum
duxit. Ista maria fuit copu-
lata alpheo fratri Joseph nutri-
cij domini et genuit ex eo Symonem
et Judam et Jacobum minorem
fratrem domini nominatum et Joseph
cognominatum Barsabaan qui
fuit in sortem positus cum
mathia. Tercio innuit numerum
aliarum que secute fuerant do-
minum a galilea inter quas ma-
ria magdalena hic a Johanne
tercia amato spiritualiter exprimitur.
Unde marci xv. Erant autem
mulieres de longe aspicientes
inter quas erat maria magdalena
et Maria jacobi minoris scilicet et
Joseph iusti mater et predictam esse
quam Johannes vocat hic mariam
cleophe scilicet filiam anne ex cleo-
pha. Et maria Salome scilicet filia
tercia ipsius anne ex tercio

viro suo .s. Saloma que nup-
serat zebedeo et genuit ex eo
Johannem ewangelistam et Jacobum
maiorem. Matthei quoque xx-
vii. dicitur. Quod erant ibi mu-
lieres multe a longe videntes
hec que secute fuerant ihesum
a galilea ministrantes ei inter
quas erat maria magdalena
et maria Jacobi et Joseph mater
videlicet ista quam Johannes vocat
mariam cleophe .s. filiam
et mater filiorum zebedei .s. tercia
maria que fuit filia Salome
tercii viri Anne. Luc. v. xxiii.
capitulo. Nullam illarum mulierum
ex nomine exprimit. Sed
in generali dicit quod stabant omnes
noti eius a longe et mulieres
que secute erant eum a galilea
hec videntes. Omnis igitur predicti
tres ewangeliste concorditer
exprimunt. Mariam magdalenam
scilicet tamquam in omnibus magis
famosam et devocione et
pietate in christum preparatam
ibi astitisse. Solus Johannes
exprimit beatam virginem
tamquam consolacionis et re-
missionis ipsius privilegium
et testimonium filialis affec-
tionis christi ad ipsam in mor-
te sua specialiter descriptus cui
ipsius virginis commissio facta
fuit. Et quia beata Anna ma-

ter beate virginis tres viros habuit
scilicet Joachim patrem ipsius beate
virginis. Et post illum Cleopham
patrem istius marie Cleophe.
Et deinde tercium Salomam pa-
trem tercie marie que vocatur salomee.
Marcus xvi. cum marie mag-
dalene et marie Jacobi sed
maioris michi emerunt aro-
mata ut venientes ungerent
ihesum que convocacione istarum
trium sororum solent aliqui parum
distinccionem et diciam aliquo modo.
Sed templum generare Sciendum quod
occasio sive causa istius con-
vocacionis fuit ut legitur
in ewangelio Nazarene. Anna
angelus Joachim et Anne uxo-
ri sue diu sterili permanenti
apparuit et Anna conceptura et
paritura filiam predixit ipsa
debet maria vocare et quod
de ista filia nasciturus esset re-
demptor qui salvaturus erat
israel. Beata igitur Regina virgine
nata de Joachim et Anna ad
huc infantula existente
mortuus est Joachim pater
beate virginis et Anne duxit
virum Cleopham postea angeli
annunciacionem et admonicionem predictam fili-
am mariam nominavit. Que
simillimo infantula adhuc
existente mortuus est Cleophas

et Anna duxit viz tertiu Salo
mam ex quo genuit tertiam
filiam etiam mariam vocata
videlicet sub spe veritatis an
gelice annunciationis reliquis
dine dispensacionis que maria
ria ex hijs tribus esset mater
salvatoris futura dummodo
ipsa anna obediens oraculo
angelico nomen marie sibi
nunciatum non mutasset vn
de etiam quod ille cleophas
cui euntes in emaus in die
resurrectionis cum alio suo socio
dominus in via apparuit vt legitur
luc. xxiiij. Non fuit iste sed
maritus anne cuius filia
fuit ista maria cleophe h
nominata a iohe Quia post
illam cleopham iam primo mor
tuum Anna duxit Salama
prem terciae marie que fuit
mater Jacobi maioris et Johannis
evangeliste quia iam tempore pas
sionis christi predictis que scripsit
ipse presens astitit Et vidit.
Juxta id Johannis. xix. Et qui
vidit testimonium perhibuit etc.
Expositio ambrosij super illum
Stabat iuxta crucem
Et vt desponsionis predicte
evangelice sensus et sima ad
litteram lucidius ostenderet et co
sequenter aliquid ad laudem

beate virginis exinde elicere di
ligens possit verba ambrosij
super lucam circa finem de hoc et
Johannis ibidem imposita non
sicut verbum ipsius ordinem sed
secundum expositionis et secundum littere po
namus Stabant autem iuxta
crucem Jhesu mater eius etc. Am
brosius Alij evangeliste con
cutiendum et venerandum
misterium passionis scripserunt
in morte christi mundi esse co
cussum celum tenebris obduc
tum Solem fugisse et mun
do lucem subtraxisse mo
numenta aperta mortuos re
disse petras scissas velum
templo fuisse Magna ista
que hec sunt omnia et mirandaa
Solus vero Johes me docuit
quod alij evangeliste non docuerunt
videlicet quemadmodum christus in
cruce positus appellavit ma
trem quam cum vocavit mulie
rem Nam qui plus propter op
tunitatem loci et negotij predi
cacionis et conversionis pec
catorum dixerat in templo Que
est mater mea qui sunt fratres
mei satisfaciens officio quo
venerat vocare non iustos
sed peccatores Nunc postremum latroni
in in cruce veniam et gratiam
donavat Postremo eadem pie
tatis officia matri se filium etc

matrem suam dimittebat non
minoris estimabis ut cum filio
honoraretur quam ut latroni veniam
et paradysum donaret. Ergo quia
venerat hora eius de qua dixe-
rat: Quid michi et tibi est
mulier nondum venit hora
mea, iam in cruce positus
instante sua hora mortis fi-
lialis affectus non mediocriter
nominat eam matrem dicens
Ecce filius tuus. Et deinde
Joh. Ecce mater tua. Mater sue
novissime affectum testamentaria
disposicione referens in Johannem
ut in filium cuius testamentum ad
vitandas testibus ipse Johannes scrip-
sit et signavit dignus utique
testis tanto testatore. Ex quo
utique evangelii loco obviam
pervenire virginitatis nomine tes-
timonium adhibetur. neque enim
cum desponsata esset Maria
Joseph vel uxor viro huius
testamenti disposicione abro-
gatur. uxor marito cum scriptum
sit quos deus coniunxit homo
non separat. sed ut pateat quod
virgo que pro ministerio illius tempo-
ris coniugium pretendebat iam
completo isto ministerio coniugio non
egebat. Et ut Mariam matrem
quam matrem Christi docebat ad
filium affectus urgebat. fugien-
tibus enim discipulis cum cruce
stabat et piis spectabat oculis
vulnera pignoris quia exspec-
tabat non filii dolorem sed
mundi redemptionem. Hec nos igi-
tur Christum etiam in cruce pietatis
magistrum et Mariam matrem af-
fectus exemplar. Unde evangelium
nos doceat Quid matrum
affectus erga filios debeat
imitari quid reverencia filiorum
subsequi ut merens matres
si phas sit cum filiis et pro
filiis se offerant in filiorum
periculis et ut filius amplius
incubat sollicitudo materna
quam dolori fiat proprie mortis
mesticia tum etc. opus sol-
licitus fuerat in morte de matre
post sua mortem etc. De
diversitate astancium et videncium

Stabat quoque Christi passioni
iuxta crucem Jesu mater eius
etc. Prima itaque passio et morte
crucis in dominum nostrum Jhesum Christum
perpetrata fuit tamquam in
virum iustum veraciter. Luce .c.
XXIII. Vere hic homo
iustus erat etc. Et in virum
famosum apud omnes quoniam
Marci .I. processit rumor
eius in universam regionem
Galilee etc. Et in virum invidio-
sum phariseis specialiter. Mathei
XI. Sciebat enim Pylatus quod
per invidiam tradidissent eum

sacerdotes. Ideo passio Christi
quibusdam videntibus et aspici-
entibus fuit quoddam fuit spec-
taculum Luce xxiij. Omnis turba
qui simul aderant ad specta-
culum istud. j. Corinth. iiij°. Spec-
taculum facti sumus mundo et an-
gelis et hominibus. Quibusdam vero
fuit notabile miraculum Mt.
xxvj. Non respondit ei ad
unum verbum ita ut miraretur
preses vehementer. Quibusdam vero
fuit lamentabile scandalum Luce
xxiij°. Sequebatur eum multa
turba populi et multitudo que plan-
gebant et lamentabant eum.
Homines perditam itaque diversitatem
in passione Christi et exitu eius
de civitate Jerusalem ad crucem
et locum crucifixionis. Quidam
fugiebant Marci x°. Adolescens
autem quidam sequebatur eum
amictus super sindone super nu-
do et tenuerunt eum at ille reli-
cta sindone nudus profugit
ab eis Mt. xxvj. Tunc disci-
puli omnes relicto eo fugierunt.
Quidam vero secreto remane-
bant. Inter quos alii crucem et
crucifixum contristabant Marci
xv. Et quidam de circumstantibus
dixerunt: Ecce Heliam vocat.
Alii vero pretereuntes contristabant Mat.
xxvij. Transeuntes autem blas-
phemabant eum moventes ca-
pita sua etc. Alii vero stabant
et quidam stabant a longe
Mt. xxvij. Erant autem ibi
mulieres multe a longe vi-
dentes. Unde psalmista: Qui iux-
ta me erant de longe steterunt.
Maria vero mater ipsius stabat
iuxta crucem ab initio usque in
finem. Et soror eius et Maria
Magdalena. Que etiam stantes
a longe circa finem appropinquaverunt
cruci. Stabat igitur experta
de filii dolorem in summa cor-
dis et anime in passione Luce
ij°. Tuam ipsius animam pertran-
sibit gladius acutus etc. Gladius
scilicet doloris propter amoris quem
summus amor filii causabat in
ipsa summum dolorem anime et
animi. Cantica v. Vulnerata caritate
ego sum. Gladius vero iste do-
loris beate virginis in passione
non solum ipsius animam sed
etiam omnia viscera sui sen-
sum corporis et anime non solum
acriter penetravit sed etiam ultra per-
transivit ut affectu interne co-
passionis et motu mortis et
merito amoris ac excessu do-
loris expiraret omnem sensum
corporalis passionis Christi sicut
dicit Bernardus. Plusquam martir mi-
to conseruatur etc. Alii non dilec-
tus dilecti filii clara clade unice
unica intime penetrationis et

divisionis gladius fuerunt
vincula innocentis verbera
patientis flagella delicati
iniurie et maledicti blasphemie dei
collaphi filii regis summi.
Demum crux puniens por
tante et distendens pendens ac
sustinens morientem Certe
cum filius suus passionem multis
modis et generibus tot mater dulcis
sima dolorum affectibus filio com
mortua extitit et compassa Sta
bat igitur infixa in fide et con
fixa in passione et affixa cru
cifixo in sue passionis et
humane salvationis imitatione
et associatione illi mater eius
individua socia passionis
tue predestinata erat et electa
ministra incarnationis et asse
cla totius operis mee redemptionis
et summe consorte future prosperitatis
consolationis Sic ergo stabat
et iuxta crucem propinquius vi
dendo et astabat fidelius com
patiendo et perstabat firmius
perseverando. Nam in quibus
defecit fides passionis et
affectus compassionis per quos de
fecit imitatio et associatio christi
in opere redemptionis et non
stabant iuxta crucem cum ma
ria matre eius sed a longe ex op

posito quidem aliqui non
plane credendo et tepide com
patiendo ex adverso vero alii
offendendo Alii deridendo psalmus
Qui videbant me deride
bant me locuti sunt labiis
et moverunt caput Speravit in
domino eripiat eum etc. De mulie
ribus que cum beata virgine …
Secundum iuxta crucem con
stabat quod non iuxta crucem
latronis que crux erat cri
minis indicium culpe opprobrium
et pene supplicium iuxta illud
Malach dicens omnis qui pen
det in ligno Sed iuxta crucem
ihesu que crux erat mundane
admirationis spectaculum luce
xxiii Omnis turba eorum qui si
mul aderant ad spectaculum
istud et videbant que fiebant
percutientes pectora sua rever
tebantur Item erat divine dis
pensationis miraculum. i. Cor
ii. loquimur sapientiam dei abscondi
tam in misterio quam nemo huius
seculi cognovit Si enim cogno
vissent numquam dominum glorie
crucifixissent Item erat huma
ne salvationis signaculum Sap
xiiii Exiguo ligno credunt
homines animas suas et transeun
tes per mare liberati sunt Idem
ibidem Benedictum lignum per quod
fit iusticia iustitia mater eius

scz ihu salvatoris mundi quem scz
corporaliter gestavat in ven-
tre Luc xi Beatus venter
qui te portavit et ubera que suxis-
ti et fide conservavit in corde Luc
ii Maria autem conservabat omnia
verba hec conferens in corde suo et
memoria confovebat in mente
ys. l. Nunquid oblivisci potest
mulier ut non misereatur filio ute-
ri sui etc. Tren iii Memoria me-
mor ero et tabescet in me anima
mea Et soror matris eius Maria
Cleophe et Marie magdalene
etc. Iste simul stabant iuxta
crucem ihu ad xpi passionem
pariter lamentandam ad matris eius
tristiciam mitigandam et af-
flictionem et desolacionem ipsius con-
solandam Iuxta illud Eccli vii
Non desis plorantibus in con-
solacione et cum lugentibus am-
bula etc. De ordinacione testa-
menti xpi ad discipulos etc.

Cum vidisset ergo ihus
matrem et discipulum quem
diligebat etc. Maria xpus in
cruce erat mortuus non nes-
ciens et invitus sed sciens et
voluntarius iuxta illud Joh xiii
Ante diem pasche sciens ihus
quia venit eius hora ut transe-
at ex hoc mundo ad patrem
etc. Ipse hec tamquam volens se
expedire ad transitum cum
dilexisset suos qui erant in mun-
do s. discipulos quibus multa
dileccionis signa et insignia
ostendit scz ipsos de toto mun-
do eligendo Joh xv Non
vos me elegistis sed ego ele-
gi vos etc. et sibi eis ca-thegori-
um et officium committendo unde
subdit et posui vos ut eatis
et fructum afferatis et amicos suos
eos constituendo Ibidem vos autem
dixi amicos quia omnia que-
cumque audivi a patre meo nota
feci vobis et petitiones eorum ad-
implendo Ibidem Quodcumque
pecieritis patrem in nomine meo
det vobis etc. Nunc in fine i.
finaliter dilexit eos i. finale
ultimum et signum dileccionis eis on-
dit. Triplicat primo per summam
humilitatem quia cum esset do-
minus et magister omnium ipse domi-
nus et magister discipulis se humi-
liavit dum potenciam et magis-
terii reverenciam ad eorum obsequium
inclinando et pedes eorum
lavando et ad eorum pedes se
inclinando Secundo per liberalitatem
scz carnem suam in cibum
et sanguinem in potum ministran-
do et se totum in redempcionis
precium et salvacionis remedium
eis dando Tercio per summam
cordialitatem ipsos de suo re-
cessu consolando Jo xiiii
Non turbetur cor vestrum neque

formidet. Item iohannis xvi. Vos autem contristabimini sed tristicia vestra vertetur in gaudium. Caritatis preceptum eius dando. Joh. xv. Hoc est preceptum meum ut diligatis invicem et pro eis fiducialiter et fideliter commendando. Johannis xvii. Pater sancte conserva eos in nomine tuo quos dedisti mihi etc. Hiis signis et sermonibus dilectionis omnibus ultimo testamentum disposuit quod tamen tempore immutabile et firmum per mortem suam confirmavit. Nam post mortem testatoris testamentum mutari non potest cum sit disposicio ultime et optime voluntatis ipsius testatoris. Christus itaque per mortem transiturus ad patrem in suo testamento tria legata disposuit et legavit. Quorum primum processit ex motu summe caritatis quo disposuit discipulis regnum et regni convivium. Luce xxii. Dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum ut bibatis et edatis super mensam meam in regno meo. Secundum processit ex impetu divine liberalitatis quo disposuit latroni paradysum. Luce xxiii. Amen dico vobis tibi hodie mecum eris in paradyso. Psalmus. Fluminis impetus letificat civitatem dei. Tercium vero processit ex affectu summe pietatis quo disposuit et commendavit matrem Johanni ut filio et Johannem matri ut filium. Johannis xix. Mulier ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo Ecce mater tua. Et istud erat verbum preordinatissimum legatum testamenti Jhesu Christi in cruce quod inveniens Johannes ibidem subiungens Postea sciens Jhesus quia iam omnia consummata sunt etc. scilicet omnia que circa passionem et in passione facere et pati voluit etc.

De ordinatione testamenti Christi quo ad matrem commissi Johanni

Ergo Christus mortuus in cruce et testamenti sui post quam ordinavit et testatus est quod pertinebat ad affinitatem civitatis quo ad discipulos quibus disposuit paradysum Non immemor fuit matris in eo quod pertinebat ad officium et affectum filialis pietatis ad ipsam quam se filio destituendam et desolandam per mortem suam commendavit Johanni ut eam curet sua filium heret. Bernardus. O commutacio Johannis tibi traditur pro Jhesu filius zebedei pro filio dei discipulus pro magistro homo purus pro domino homo puro pro deo vero. Cum ergo in cruce ad mortem esset Jhesus spiritu anxiatus. Psalmus. Anxiatus est in me spiritus meus in me turbatum

batum est cor meum libro tu
c passionibus doloribus nimie
impeditus vigebat et vive
bat in ipso filialis pietatis
affectus. Nunc cum vidisset ma
trem iam in proximo filii
solacio et tripudio desolandam
et medullitus perturbandam re
cognovit filialis consolanda
et commendandam et dixit
matri sue tamquam in ingres
titoria ordinatione et testa
mentoria dispositione ac gra
tuita commissione mulier ecce
filius tuus etc. Hanc itaque
commissionem et commendacionem matris
Johanni tamen exigebat primo debi
tum pietatis. Est enim pietas
virtus ex natura et ratione et mo
re ac lege filios obligans
et inducens ad honorem et
honorem parentum et genitricis
matris tue. Exo. xx. Honora
patrem et matrem etc. Eccli. vii.
Honora patrem tuum et gemitus
matris tue non obliviscaris
et retribue illis quomodo et illi tibi
etc. Ergo sunt parentes ex virtute
et affectu pietatis tenentur nutri
re et procurare filios. Ita econver
so filii ad idem tenentur
parentibus cum exigit causa et
tempus. Secundo suffragium necessitatis
quia beata virgo iam permortua
Joseph custode et teste castitatis

et curatore nutritus et honnes
tatis ipsius virginis sub filii
cura et custodia mansisset se
cura ipsum Christum cum sororibus
suis et mulieribus que ipsi Christo
ministrabant ut habetur Marc.
xv. Aliquin nisi Joseph mor
tuus iam esset iniuria ei facta
fuisset si sponsa vel uxor habi
ta in ipso in eius custodia
non mansisset ut dicit glosa super
Johannem. Nunc ergo Joseph mor
tuo et Christo morituro suffra
gium necessitatis exigebat ut al
teri cure eius et custodia commit
teretur. Tercio testimonium casti
tatis quia exigebatur ut non
solum curatorem et custodem
sed etiam testem sue castitatis
et vite haberet quam ille verax tes
tis est potuit quia vitam
et conversationem eius quam custos
et observator observabit et vidit
Juxta illud Johannis xix. Qui vi
dit testimonium eius verum est et
ille quia verum est etc.

D

De forma commissionis quam
commisit matrem Johanni discipulo

Dixit ergo Ihesus matri sue mu
lier ecce filius tuus etc. Non
in nomine mulieris tamen matrem
suam tamen innuit primo dis
tincti sexus veritatem quia ipsa
cum servata integritate mentis
et corporis vera mater Christi secundum mu
lieris generationis veritatem

fuit quia vt dicit Ambrosius
super lucam xpi natiuitas de
muliere fuit secundum naturam sed mo
dus super naturam. Vnde apostolus hoc
insinuare volens dicit Galat
iiii°. Misit deus filium suum
factum ex muliere etc. scilicet secundum
muliebrem concepcionem et hoc
necessarium fuit ad reprimendum errorem he
reticos illos qui dicebant ma
riam non hominem sed angelum
fuisse in specie hominis. Secundo
insinuat muliebrem affectum
pietatis quia naturaliter pietas
huic sexui est innata et contra
propter quod ad aggrauandam ob
sessorum iudeorum a caldeis mi
seriam Jeremias Mulierum
naturalem pietatem consequitur vsi
tatem fuisse in naturalem crudeli
tatem Tren iiii°. Manus mu
lierum misericordium coxerunt
filios suos Et subdit facta
est filia populi mei crudelis quasi stru
cio in deserto. Tercio innuit
sub mulieris vocabulo integritatem
occultam matris virginitatem
Nulla vt supius dicebatur.
Cum omnis corrupta siue cor
rupta sit et dicatur mulier
Ideo nomen mulieris sic cor
ruptam per se non includit
ita virginem non excludit et
propterea conscripturis xpc matrem suam fre
quenter nominando mulierem
sic prius virginitatem hoc nomine
quam expressionem hominum occultauit
Ita et matrem virginitatem posse et debere
subintelligi insinuauit dicens
matri Mulier scilicet tu virgo tam
quam et virgo et mater est mulier
Cum inquit mater me filio de
solanda Tu virgo custode et
teste non seruanda Tu mulier
postquam seruandam muliebrem
virili cura et procuracione me
mortuo non frustranda
Ecce filius tuus Johannes
Pro ihesu tibi suscipiendus
matris et filii mutua caritate
virginis concordi custodia et
caritate commissi et commisse ad in
vicem communium cura et pie
tate Eccli vi°. Amicus qui per
manserit fidus erit tibi quasi
coequalis et in domesticis tuis
fiducialiter aget etc. David dicit
in psalmo Ecce mater tua Ecce ad
verbum demonstrandum sepius in
sacra scriptura ponitur ps. Ecce
concupiui mandata ps. Ecce
elongaui fugiens ps. Ecce
enim deus adiuuet me Jer.
luc. i°. Ecce ancilla domini etc.
Innuit autem ea videlicet interio
ris concepcionis in separatum et
excitacionem significacionem.
Malach iii°. Ecce ego mitto
angelum meum qui preparabit viam
ante faciem meam vel occul
ti alicuius subditam manifes
tacionem luc. ii°. Et ecce elizabeth

beth cognata tua et ipsa concepit
filium in senectute sua etc. Vel
sponte cum promissi alicuius
actualem et spiritualem exhibi-
tionem et adimpletionem ut hic
Mulier ecce filius tuus. Et
ad discipulum Ecce mater tua. Non
dicit quod aliquis prerogativa pro
posse et certitudinaliter promis-
si dicens Iohannis ii° Quid mihi
et tibi est mulier. Nondum
venit hora mea scilicet passionis
et mortis mee instancia hoc
nunc adveniente et instante
ipsa hora spiritualiter et effectualiter
id implere et exhibere volo
ut scilicet filius tuus Iohannes
pollens precipua pietate flo-
rens virginea puritate et mihi
adherens proxima familiaritate
testis et custos et curator tibi
detur. Iuxta quod dicitur Ecclesiastici vi° A-
mico fideli nulla est comparatio
et non est digna ponderatio
auri et argenti contra bonitatem
fidei illius. Deinde dicit discipu-
lo Ecce mater tua scilicet tibi fi-
liali affectu et officio prosequenda
familiari obsequio custo-
dienda et fideli suffragio con-
fovenda. Ecclesiastici vi Qui timet
deum eque habebit amici-
ciam bonam quoniam secundum deum erit
amicus illius. Et ex illa hora scilicet
instantie passionis et dilecte

ac compassionis et mutue ac
fidelis connexionis nomine filii
et nomine matris accepit eam
discipulus in sua etc. Disci-
pulus ille scilicet precipue ad hoc
dilectus electus et diligens et
magistro obediens ac matri
tenerum ut matrem alteram
recognoscens et amplectens
quia ut dicitur Ecclesiastici vi° Dextor
vite est illa et vincula eius sunt
sunt alligatura salutaris. Ille
in quem ille et tamquam discipulus
accepit et suscepit excepit
eam ut matrem cum gaudio
ut dominam cum obsequio ut
fidei commissam cum fideli suf-
fragio. Unde de ipsa vere fuit
quod dicitur Sapientie viii° Non habet
amaritudinem conversatio illius
nec tedium convictus eius sed
leticiam et gaudium. Accepit
eam itaque in suam id est in sua
curam et custodiam tamquam
filius custos et testis ipsius
vite et castitatis et tamquam sub-
secutor et assecutor et provisor
temporis necessitatis. Unde sciebat Iohannes
quod causa vite sibi sic debetur
Sapientie iii° Dabitur a domino fi-
dei donum electum et sors accep-
tissima in templo dei. Quia
bonorum laborum gloriosus est
fructus etc. De Iohanne virgine co-
misse procuramenti

Sed quia tam textus glo
e ewangelij hic videtur
dicere et intendere quod Johannes ex
tunc in curam christi beatam virginem
accepit vt sibi cummissam
et procuratam et pro visionem
temporalis necessariis eius virginis
dubitari solet vnde eam procurauit
et prouidiuit et procurare po
tuerit cum ipse sic ceteri apostoli
omnia reliquit vnde dicitur matthei
xix Ecce nos relinquimus
omnia et cetera Et nichil proprium ha
buit sicut nec ceteri apostoli Secundum
quod dicitur actuum iiij Quod nullus quid
quam eorum possidebat ad suum
esse dicebat ad hoc dicendum quod
apostoli post acceptionem spiritus sancti
ad huc simul Jerosolimis per
manentes nichil proprium ha
bebant nec aliquis quicquam suorum
et credencium sed habebant omnia
communia et diuidebant singulis
prout cuique opus erat vel
prose vel pro suis in communem
apostoli de quibus vnicuique diui
debant vt dicitur actuum iiij et actuum
vi Et quod mulieres fide
les apostolis ministrabant per de
uotas et fideles viduas ad
mensas singulas cottidie dis
pensabatur donec vt legitur
actuum vi factum est murmur grecorum
aduersus hebreos pro eo quod
vidue eorum in ministerio huiusmodi
cottidiano despiciebantur i. vi
tabantur vt dicit glosa tamquam
quibus extreme gentes non
essent ab hebreis contempnendi propter
quod apostoli dixerunt vt habetur
actuum vj Non est equum nos
i. apostolos derelinquere verbum dei
i. ministrare mensis et cetera Unde con
silio sancto elegerunt septem dya
conos scilicet Stephanum et reliquos
sex ad hoc opus vnde dicit glo
super Johannem quod apostoli de quibus
diuidebat Johannes prose et pro
beata virgine sicut erat cummissa
quod opus erat Apostolis vero per
orbem diuisis et predicantibus
licebat ab eis victum accipere
quibus predicabant sicut dicitur i.
Cor ix. Ita dominus ordinauit
hijs qui ewangelium annunciant
viuere de ewangelio. Et preter hoc eciam
licebat eis sumptus tamen non per
ciperent ipsi sed permitteretur eorum
voluntati vt mulieres sequen
tes et recipientes apostolorum graciam
videre et per ipse et doctrina audire
ministrarent eis necessaria sicut et
dominum sequentes mulieres
a galilea in Judeam ministra
bant ei de qua pecunia Ju
das habebat loculos domini et re
posita custodiebat in quibus
ad vsum domini et apostolorum et pau
perum victui illa pecunia serua
batur deficiente autem ministra
cione et collacione maiorum ex
parte eorum quibus apostoli predicabant

licebat eis martibus temporibus
licitis laborare manibus unde
vivent sicut de seipso dicit
apostolus .j. Cor. iiij° videlicet
in hanc horam esurimus
sitimus et nudi sumus et
laboramus operantes manibus
nostris. Et vii ipse apostolus ii°
Thess. iij°. dicit: Denuntiamus
vobis quoniam siquis non vult
operari nec manducet. Et ubi
etiam qui est in lra otiosita-
tem et curiositatem aliorum de-
quendam victu reprobat et
condempnavit. Incipit pro-
hemium Secundi tractatus de
vita et virtutibus beate virginis

368

Habitemus igitur
expositionem et de-
clarationem evangelice
hystorie de condi-
cione et conversacione et vita
et virtutibus beate virginis ab
initio domini nostri ihesu christi annun-
ciacione et nativitate et conversa-
cione et predicacione et passione
videlicet ad mortem ihesu christi spiri-
tum ipsa dignante et dona-
te potui et scivi ab initio secutus
evangelicam hystoriam pro-
secutus. Deinceps itaque que
post mortem christi in resurrectione eius
et apparicione per xl dies et ascen-
sione ad celos et spiritus sancti missione
et apostolorum predicacione us-
que ad ipsorum divisionem ad sin-
gulas singulorum provincias in

in sortem predicacionis acceptas
et usque ad beatum ipsius virginis
transitum de hoc mundo circa
ipsam et ab ipsa divinitus sunt
gesta in vita et virtutibus et
generalis beneficiis ipsius tamquam
aliquid quod deus inspira-
verit est dicendum. Primo ergo quando
vel post resurrectionem suam
sue vel primo quale magis
apparuit. Secundo ubi et qualiter
post eius resurrectionem conversati sunt
usque ad ascensionem cum ipsa vel
luctus mirum premium fuit.
Tercio qualiter et cum quibus post
ascensionem conversata fuit. Quar-
to quanto tempore secum cum Johannes
evangeliste mansit. Quinto utrum
signa aliqua de intempestivi
vita ista videlicet mirabiles fecit.
Sexto querere vita et virtutes
et signa eius per aliqua scriptura
autentica pro illo tempore de-
clarate et scripte non fuerint.
Septimo quid de ipsius transi-
tu et assumptione in anima et
corpore senciendum et tenendum
sit secundum sobriam et piam
fidem ecclesie et doctrinam.

Utrum christus post resurrectionem primo
apparuit beate virgini
Sed quoniam ad dubia talia
ondenda convenientibus princip... ijs
et supposicionibus notoriis o-
portet uti. Ex quibus secundum

cossispta media opz ad con-
clusiones que ex illis pro-
babilr vel nctio evenire po-
tuerunt inspicientes atten-
de' vide' xpi' h' ad pdictas
questiones distinendas
quedam pncipia z suppoicoes
ex textu sacre scripture et ex dict'
scor z doctor ppone est utile
z nctiu Primu pncipiu itaq
convenient et nctio ab angeli-
ce salutacionis verbo ad ar-
gumentu e sumendu videlz
quod scdm verbu angli Ave
gra plena opz concede qd
in bta vgine fuit hic est
omnis gre plenitudo Scdo
qd scdm Anselmu ex omib
que gre attribui possunt
nichil ei convenient z condign
defuit que plena gra fuit
Tercio qd scdm Damascenu
in omib que gre virtutis ee
possunt a nobis illustrium
excellentium scor supat
iuxta il'd Cant vi videri
eam filie syon z btissimam
pdicaverunt z regine lauda-
verunt eam His igit pnci-
piis psuppositis ad pma
questionem Utrz post resurr
xpus pmo ad omib matri
sue virgini apparuerit Respo-
deo dicendo qd xpi resur-
gentis apparicio tribus de causis
fiebat Primo xpi plangenciu
lugenciu consolacione z leti-
ficacionem Et sic scribit appru-
se pmo marie magdalene
que plus aliis mortem sui
luxerat z intelligendu e plus
aliis pter sola btam vginem
que plus incompabiliter
omib doluit inquantum ma-
gis ppinquas z arduas et
urgentes causas doloris ha-
buit ut supra dictu fuit Scdo
xpi fugiencium z in fide diffi-
dencium reductionem z confortacionem
z sic apparuit petro an ali-
os aplos quia plus aliis
videbatur defecisse ad omnio
in passione Ideo qd aliis so-
lummo fugientibus ipse inter
alios no solu fugit sed eciam
negavit Unde sup id Marci
ult Ite cito z dicite cito dis-
cipulis eius z petro quia sur-
rexit dns etc dicit Gregorius
Nisi nomine expssus in-
ter alios Petrus eum in gali-
leam pcedentem se quia ausus
se equi no erat qui solus inter
alios non negaverat Tercio
xpi resurrectionis manifesta-
cionem z testium advocacionem et
sic appruit Nunc illis nunc istis
singulariter z deinde simul
et ultimo videntibus aplis sil
congregatis z recumbentibus ad

cenam ut dicitur Marci ultimo.
Cum quibus etiam tunc ali-
quamdiu in celum ascenderet cibum
sumpsit ut dicitur Actuum i. Quod
convescens precepit eis ab Iero-
solimis ne descenderent.

Quod Christus resurgens primas apparuit Beate virgini.

Licet igitur non fuit ne-
cessarium beate virgini propter
ipsius reductionem et confortationem
in fide que nunquam diffusa fuit
plena credendum fuit et consola-
tionem ipsius ab initio sue
nativitatis usque ad finem passio-
nis et mortis ut dicit Anselmus.
Nec etiam propter sue resurrectionis
manifestationem quia ipsa tam-
quam mater Christi innata filii testis
induci non debuit nec etiam
attestandi et predicandi eius
resurrectionem per mundum eam discurrere
decuit sicut apostolos quibus dictum
fuit Actuum i. Eritis mihi tes-
tes in omni Iudea et Samaria
et usque ad ultimum terre. Nichil-
ominus tamen propter eius letificationem
et consolationem que de sua pas-
sione et morte plus pluribus o-
mnibus inestimabiliter doluit pre ceteris
potius prius omnibus resurgentis
filii apparitione et visione con-
solari debuit pre ceteris potius
prius omnibus. Et hoc etiam sedu-
lius etiam in suo paschali ope-
re scribit. Quod matri cum omne
primo apparuit sicut dignum
fuit et que super omnes fide-
lius et firmius resurrecturum
crediderat prior omnibus resurgen-
tem videret in veritate illius
corporis quod de ipsa assumpsit.
Cum evangeliste ideo non ex-
presserunt ut dictum est. Quia pre-
dicatio et attestatio resurrectionis ad
eam non pertinuit. Item quia
secundum Anselmum nulla ei gracia
defuit que gratia plena fuit.
Item secundum Damascenum a nullo
sanctorum et illustrium in aliquam gra-
tiam superatur in eo sue quod digni-
tati est conveniens et condignum.
Bene credendum est et tenendum
est quod non gratia apparitionis et con-
solationis nostri Christi pre omnibus
conveniens et condigna ipsi defuit
et ea frustrata exstitit licet
Augustinus in sermone quodam
de resurrectione qui incipit
Pascha Christi qui incipit videatur
dicere quod nunc Magdalene
sanctum prius ceteris scribere
voluerit. Quia Maria Mag-
dalena proferventi amore
et frequenti visitatione sepulture
domini hoc precipue pre aliis me-
ruit quod ipsius resurrectionis omnibus apostolis
publica apostola facta fuit
quod matre Christi tamquam domine

ipsorum apostolorum cremente et con
dignum non fuit ut domina ad
suos minime extitit. Quare
et ubi et cum quibus Beata virgo post
resurrectionem conversata fuit

Ad secundam questionem videlicet
quare et ubi et cum quibus
post resurrectionem conversata fuit usque
ad ascensionem cui ipsa luce re
ferit interfuit sane et plane
dici potest. Nam cum Christus in
cruce ipsam Johanni commenda
uit et eum eciam dicat quod ex illa
hora accepit eam discipulus
in sua. Ipsa Beata virgo iuxta
ipsius testamentariam disposicionem
sub eius custodia et obsequio
et ministerio Johannis ex illa hora
deinceps mansit in Jerusalem
sic asserit Jeronimus in sermone
Cogitis me o paula etc. et etiam
cum mulieribus que dominum secute
fuerant ad locum passionis Christi et
sepulcri ipsius pio desiderio et
amore ac devocionis studio
et fervore una cum ipsa fre
quenter visitabat et apostolos
in galileam euntes et redeun
tes et redeuntes in Jerusalem et appa
ricionis domini post resurrectionem eius fac
tis varie et in variis locis nar
rantes et attestantes expec
tabat et cum diligencia obser
vabat usque ad ascensionem Christi

postquam apostoli deinceps usque
ad ipsorum divisionem et dispersionem
simul in Jerusalem permanserunt
scilicet post lapidacionem Stephani
illi qui in persecucione orta tunc
dispersi erant per diversa loca tran
sierunt predicando verbum dei /
Inter quos et phylippus descen
dens in Samaria ibi predica
bat et multum proficiebat. Cum
apostoli qui Jerosolimis audientes
quod a civibus predicacionem Samaria
recepisset verbum dei miserunt
illuc petrum et Johannem ad quorum
manuum imposicionem qui credide
rant recipiebant spiritum sanctum
ut habetur Actuum viii. Non enim
cottidie in Jerusalem habitabant sed
per totam Judeam et Samariam transe
untes predicabant et populum conver
tebant sic scribitur Actuum ix.
Nam ecclesia per totam galileam
et samariam habebat pacem et edi
ficabatur crescens et ambu
lans in timore dei et quod
petrus pertransibat universos
donec perveniret ad eos qui
habitabant lidde. Petrus tamen
caput et sedes ecclesie primitiue
tunc erat in Jerusalem unde mitte
bantur ad vicinas etiam provin
cias ad predicandum quoniam etiam
sedem in causis et questionibus

Placebunt et apostolus de iudeis
recrebuntur. Beata virgine et ceteris
mulieribus sanctis in Ierusalem commo-
rantibus quas ad iudeam
discedere non licebat. Unde in
Actibus Apostolorum xiii. In iudea o-
portebat predicari primum evangelium
secundum preceptum Christi ut habetur Matthei
x°. In viam gentium ne abi-
eritis et in civitates Sama-
ritanorum ne intraveritis sed potius
ite ad oves que perierunt
domus israel. Nam licet pe-
trus cornelium primum de gentibus
baptizavit ut habetur Actuum x.
Et philippus eunuchum ut
habetur ibidem ix. Publice tamen
et generaliter extra terminos Iudee
non dum fuerat evangelium gen-
tibus predicatum usque ad mis-
sionem apostolorum per orbem univer-
sum. Iuxta quod barnabas
et paulus dixerunt contestando
Iudeis Actuum xiii. Vobis opor-
tebat primum predicari evangelium
sed quoniam repulistis id et indig-
nos vos iudicastis eterne vi-
te. Ecce convertimur ad gentes
et cetera. Licet autem beata virgo in
Ierusalem cum sanctis mulieribus
predictis manserit circa illa loca
vallis Iosaphat. Nichilominus
tamen ille venerabilis cetus
apostolorum cum in Ierusalem adhuc
consisteret ipsam devota et condigna
visitacione frequentabat. Et ita

singuli contendentes de eius
sanctissimo ore misteria fidei con-
secuti Christi quorum super omnes
conscia fuit audire discere et te-
nere. Iuxta illud Eccli. xxiiii°.
In ecclesiis altissimi aperiet os
suum Et in multitudine electo-
rum habebit laudem et inter
benedictos benedicetur et cetera. Beata vir-
go itaque in Ierusalem mansit usque
ad beatum transitum suum de hoc
mundo sicut patet exemplis Ig-
natii quas misit in Ierusalem
beate virgini unam et Iohanni evan-
gelista duas in quibus rogat
et optat venire in Ierusalem
ad videndam ipsam beatam vir-
ginem et Iacobum et Iohannem cum
discipulis innuerat sicut infra pate-
bit in eisdem epistolis de verbo
ad verbum subscriptis. Epistola prima
Ignatii ad sanctum Iohannem evangelistam

Iohanni sancto seniori suus igna-
tius. Si licitum est michi aput
te ad ierosolime partes ascen-
dere volo videre fideles et sanctos qui-
bus sunt et precipue matrem Ihesu
quam predicant universi admi-
randam et cunctis desiderabilem
Quem enim non delectet eam
videre que deum verum et hominem
de se genuit. Sed et eum sit fidei
religionis amicus. Similiter
et illum venerabilem Iacobum
qui cognominatur iustus quem

referunt simillimum faciei et vita et modo conversationis ac si eiusdem uteri esset gemellus qui dicunt si video video ipsum Ihesum secundum omnia corporis eius lineamenta. Preterea ceteros sanctos et sanctas. Heu quid moror quid detineor. Bone preceptor properare me facias iubeas et valeas.

Epistola secunda eiusdem ad eundem

Iohanni sancto seniori suus Ignatius et qui cum eo sunt fratres. De tua mora dolemus conuiter tuis allocutionibus et consolationibus roborandi. Si tua absentia protendatur multos de nostris destituet. Properes igitur venire quia credimus expedire. Sunt et hic multe de nostris mulieribus Mariam Ihesu videre cupientes et cotidie a nobis discurrere valentes ut eam contingant et ubera eius tractent que dominum Ihesum aluerunt et ut quedam secretiora eius percunctentur. Ipsam quoque etiam Maria Salome quam diligis filiam Anne multum commendat Ierosolimis quinque mensibus apud eam commorata. Et alii quoque quidam referunt eam omnium graciarum habundantem omnium virtutum fecundam que in persecucionibus hilaris in penuriis et indigenciis non querula. Iniuriantibus ista grata et molesta letatur miseris et afflictis coafflicta condolet et eis subvenire non pigrescit. Contra viciorum servitores pestiferos in pugna fidei disceptans enitescit. Nostre nove religionis et penitentie est magistra et apud fideles omnium operum pietatis est ministra. Humilibus quidem devota devotis devocior habetur et mirum ab omnibus magnificatur licet a scribis et phariseis ei detrahatur. Preterea multi multa de ea referunt que tamen omnibus per omnia non audemus fidem concedere et nec tibi dicere. Sed sicut nobis a fide dignis narratur in Maria Ihesu humane nature natura sanctitatis angelice sociatur. Et hec talia excitaverunt viscera nostra et cogunt valde desiderare aspectum eius tamquam si phas est fari celestis prodigii et sacratissimi thesauri gaudeamus nobis monstrari. Tu autem diligenti modo sic dispone tuo desiderio et valeas. Amen.

Epistola Ignatii ad beatam virginem

Xpifere Marie Ignatius

Menophitu Johis q tuu disci
pulum confortari et consolari de-
bueras de ihu enim tuus multa
dicta p(re)cepi et stupefactus sum
exaudiens. A te aut que sp(eci)al(ite)r
fuisti ei familiaris et que
ta et secretorum eius consciam de-
sidero ex animo certior fieri de
auditis. Propsi etiam tibi uas
et rogaui de eisdem valeas
et neophitu ipu meum sic
ex te et p te et in te conforteris

Ep(isto)la b(ea)te virginis ad ignacium

Ignacio dil(e)c(t)o discipulo hu-
lis ancilla ihu xpi de ihu
que a iohe audisti et didiasti
vera sunt. Illa credas illis in
hereas et caritatis votum fir-
miter teneas. et mores et vitam
voto conformes. veniam aute
vna cum iohanne meo te et
quo tecum sunt videre. Sta
igitur et viriliter age in fide. Nec
te moueat persecucionis austi-
tas s(ed) valeat et exultet sp(irit)us
tuus in deo salutari tuo. Qd'

B(ea)te virginis vita actiuum ad ac-
tiuam et contemplatiua p(er)fecta fuit

Ex p(re)dictis ep(isto)lis ignacij dis-
cipuli Johis euangeliste p(at)z
euidenter vbi et qualiter tem-
poribus b(ea)ta virgo post filij resurrec-
tionem ascensionem d(omi)ni fuerit conuer-
sata. Cum ignacio vtique fides
indubia est adhibenda. Na(m)
Jeronimus in libro virorum illustrium

et Eusebius in hystoria ecclesiastica
ipsum tamquam scriptorem et doc-
torem autenticum commendat
cum mori commendo super ma-
theum Jeronimus introducit
eum. et eius sententiam de spon-
satione b(ea)te virginis appro-
bat. fuit enim post sanctum petrum
tercius qui antiochenam rex(it)
eciam et doctrina et miraculis
duxit tam multos ad fidem
xpi conuertisse. captus et Roma(m)
ductus fuit. Sub traiano im-
peratore et ibi multis suppliciis
cruciatus martirium consuma-
uit. Ad maiorem aut(em) de-
claracionem vite et conuersacionis
b(ea)te virginis Notandum est q(uod)
sic dicit glosa super id luc
x Intrauit ihus in quoddam
castellum

De duplici vita Beate virginis.

Due sunt
vite quibus in presenti sca
ecclesia conuenienter et vtiliter fideles et
sancta anima singulariter exercetur.
vt ad sanctitatis et iuste p(er)fectionem
veniat in qua et per quam
ad future vite b(ea)titudinem
tendat et p(er)ueniat. videlicet vita
actiua et vita contemplatiua.
Cons(tat) B(ea)ta virgo que gr(aci)a
plena fuit in vtraque vita p(er)-
ducta summum gradum perfectio-
nis attigit et obtinuit. Iux(ta)
ecc(lesiasticum) xxiiii. In plenitudine

sto[rum] de tenebris mea ps[alm]o Caritas
et magnificencia institutione
eius vij Anselmus causam
conuenienter assignans quare
illa lectio euangelii Intrauit ihesus
in quoddam castellum etc.
legatur In assumpcione beate vir-
ginis ad missam dicit quod illa
duplex vita scilicet actiua que
significatur per martham et con-
templatiua que significatur
per Mariam sororem marthe
beata virgo omnes alios sanctos ex-
cellebat quia martha nunquam
sic domino ministrauit nunquam
maria contemplacione sic verbum
et christo adhesit sic beata vir-
go a natiuitate christi vsque ad
tempus passionis et post passio-
nem et resurrectionem et ascen-
sionem deinceps sibi fecit Vnde
sicut dicit glosa ibidem expo-
nens vita scilicet actiua et conte-
platiua radicatur et proficit et
perficitur in caritate dei et proximi In
caritatem quidem dei et proximi Vnde
Richardus super vitam actiuam con-
tinuum ad opus esse ordina-
tum ad vtilitatem proximi
Sed in contemplatiuam autem con-
tinuum admentis esse ordi-
natum in dilectione dei quia
vt ait Augustinus in libro de quarendo
deo contemplacio facta est in eo vt
deum cognoscamus et cognitum
diligamus quem diligentes ipsi

adherentes vt adherendo beati
simus ps[almus] Michi autem adhe-
rere bonum est etc. Adhesit anima
mea post te me suscepit
dextera tua de positione beate
Actiua virginis quantum
agitur vita ad actiuam
consistit in sex operibus misericordie et in
aliis exerciciis eorum que ad ipsa
reducuntur que operacione merentur Matthei
xxv Esuriui et dedistis michi
manducare etc. Ad videndum
autem qualiter beata virgo in illis
sex operibus misericordie omnes iustos
et sanctos excellebat Sciendum quod in
ipsis operibus vnus alium ex
vna duarum causarum excellere
potest vel quia a digniori et
meliori persona opus impen-
ditur ita personam digniore
et meliorem vel quia ex ma-
iori caritate impendit Beata
autem virgo omnibus dignior et
melior fuit Iuxta illud prouerbiorum
vltimo Tu supergressa es vni-
uersas et dignissime persone scilicet
christo ihesu christo dei filio et ex sum-
ma caritate omnia et singula
predicta opera misericordie impendit
Ergo in officio et operibus vite
actiue omnes ante alios ante-
cessit Primogenito filio dei de sy-
nu patris a regalibus sedibus
in vallem miserie huius mun-
di peregrinanti Iuxta illud Iohannis
xiiij Quasi colonus futurus

ce in terra et quasi viator decli-
nans ad manendum etc. Ipsa pre-
buit hospicium suum sanctissimi cor-
poris et anime ad ipsum recipi-
endum et se inhabitandum. Ps. In
sole posuit thabernaculum suum
i. in virgine posuit carnis de
ipsa assumpte obumbraculum
Secundo ipsum filium dei quo digne
persona non erat nec esse po-
terit de suo sanctissimo corpore
assumpte carnis tegmine ves-
tiuit incarnandum et carnis in-
uolutum incarnatum de se
natum Luc. ii. Et pannis
eum inuoluit etc. Ysa. lxi.
Induit me vestimento sa-
lutis et indumento iusticie circumdedit
me quasi sponsum decoratum
corona. Tercio ipsum dei filium
esurientem et sicientem lacte
suo cibauit et potauit. Luc.
xi. Beatus venter qui te por-
tauit et ubera que suxisti. Ruth
ultimo. Susceptum neomi
puerum posuit in sinu suo et
nutricis ac gerule officio fun-
gebatur. Beata enim virgo que
vere neomi fuit i. pulchra
tota intus et extra. Iuxta illud
Cant. iiii. Tota pulcra es et
macula non est in te. Puerum
ihesum de se natum non quesita
nec habita obstetrice et gerula
vel nutrice sola per se in sinu
suo posuit et tractauit et lac-
tauit et cibauit et potauit.

Prouerbiorum v. Ubera eius in-
ebrient te et in amore illius
delectare iugiter. Cant. primo.
Meliora sunt ubera eius vi-
no etc. Quarto ipsum dei fi-
lium dei virtutem et sapientiam in
assumpta humana carne inf-
irmatum. Iuxta id Ps. Infirma-
ta est in paupertate virtus mea
etc. Cottidiana cum custodia
visitauit infirmum et confortauit.
Eccli. iiii. Non auertas faciem
tuam ab egeno et inope ne a-
uertas oculos etc. Ipse enim fuit
egenus et pauper in hac vita.
Ps. Ego vero egenus et pau-
per sum etc. Unde sic dicitur ii.
Cor. viii. Propter nos egenus
factus est cum esset diues ut
illius inopia nos diuites
essemus. Quinto ipsum dei fi-
lium in templi atrio positum
visitauit et ad eum venit
et sibi affuit. Cum enim car-
cer sit ad concludendum et pre-
cludendum incarcerato liberum
motum et processum corporis
et membrorum. Cuius ergo h'i
conclusio et preclusio carceris no-
mine appellatur. Primo igitur
beata virgo christum positum in
carcere nostre carnis quam de ipsa
assumpsit et sibi affuit visitando
procurando et consolando et
compaciendo. Eccli. iiii. Animam
esurientem ne despexeris et

non prothas domum angustia-
tum et cogitacionum contribulari ne
obicias. Ego positum in arcte
presepe quia ut dicit aug(ustinus)
presepia angustia Christum por-
tauit infantem. Cum tamen
[illegible] vagit infans inter arta
positus presepia etc. Luce ij. Et
pannis eum involuit etc. et
reclinauit in presepio vbi xliii
Cum videris nudum operi
eum et carnem tuam ne despex-
eris. Tertio positum in arc-
to crucis cui erat affixus
ad quem carcerem tum secuta
fuit et dolens et condolens
secum ibi stetit et in finem
perstitit. Christus ihesus et maria ama-
biles et decori valde in vi-
ta sua in morte quoque non
sunt diuisi etc. Sicut dicit [illegible] ij
i de saule et Jonatha etc. Na-
sic filio patienti fuit compas-
sa ita mortuo fuit commortua
quia anima eius liquefacta est
vt dilectus meus in cruce locu-
tus est illa verba Mulier ecce
filius tuus quia sic mortuus
homo non est homo ita mor-
tuus filius non est filius sed
Johannes amodo erit filius tuus
te filiali affectu loco mei ha-
biturus et tractaturus. Sic ergo
patet qualiter beata virgo in sex
operibus misericordie filio impensis fu-
mi gaudium officiorum vite active
attigit et possedit etc.

De duodecim operibus et laboribus huius

De operibus vero misericordie vite
impensis hactenus tota
ecclesie militanti et filijs et fi-
delibus ipsius in miraculis et
graciis et beneficijs sicut legitur
in diuersis libris de miraculis
Beate virginis et quo ipsa ad-
huc cottidie impendit et in per-
petuum intendere non cessa-
bit Jesus [illegible] Eccli xxiiii. Non
desinam in progenies in eternum
vsque in seculum sanctum etc. Requi-
ratur in propriis scriptis et libris
miraculorum ipsius Beate virginis
super quibus sicut minus et maius
ingenue considerandis et com-
mendandis ad fidelium et
salutem presentem et futuram
impetrandam. Nonne quod
inter ceteras misterias et magni-
ficas significationes quibus
Beate virginis gratie et virtu-
tes ipsarum sunt prefigurate
creaturis prefigurate in figuris
et prophetante in scripturis Beata
virgo est illud lignum vite de
quo dicitur Prouerb. iii. Lignum
vite est hiis qui apprehende-
runt eam et qui tenuerunt
eam beatus. Anima per eam gra-
ter vitam et beatitudinem vi-
te presentis et future qui apprehe-
dit eam per specialem deuotionem

et tenuerut eam p devoco-
nis ostmulacom Debz ligno
dicitur Apoc. xxiij. qd an-
gelus ondit Johani flu
splendidu tamqm cristallu
apud portam vite rex.
vtraqz pte flumis ligna vi-
te afferens fructus xij. per
meses singulos reddens
fructu suu Isti xij. fruct
sut xij effectus vite quas
regina vite siue deuotes
se invocantibz impendit p
singulos menses. i. in duo
cum tribulacoibz r laboribus
quibz pns tota vita homin
variatur r mutatur sic annus
xij. mensiu mutacoibz
variatur r mutatur tpa r dies
suos pns qr vita homi q
non e aliud nisi milicia si-
tiam r labor militandi r
pugnandi contra inseciam
vale r diuse temptatur
r tribulatur vt in summa gne
dicitur istis xij. teptacoibz
r tribulacoibz Prima temp
tacio est tribulacio e indige-
cia necessariorz quia cum
homo nudus egressus sit
de vtero matris sue vt dicit
Job. i. Et hoc sit dt phus
Cum no heat arma vt vir-
tum a na totus natus et
datus e prudente r labore
sibi vitam sua sustentet

r defendat Sca instancia ne-
gociorz quibz necia adquirit
Prbiorz vi. vade ad formi
o piger r cosidera vias ei
r disce sapiam Tercia immi-
nencia piculorz Hester xiiij
Ecce piculum meum i ma-
nibz meis e Quarto an-
gustia pplexorz Daniel vlt
Angustie michi sunt undi-
qz r quid eligam ignoro
Quinta consciencia delictorz ps
Iniquitates mee supgresse
sut caput meu. i. consciam
meam Sexta corpis lang-
uor ps Non e sanitas in
carne mea a facie tua.
Septima mentis meror
Tren. i. Multi eni sunt ge-
mitus mei r cor meu me-
rens Octtaua casus timor
Ad Roma. xi. Noli altum
sapere s; time Ad Ephe. viij
Videte quo caute ambuletis
Nona malorz oppsio Eccs q
Vidi lacrimas innocentu et
consolatorem neminem nec
posse resiste violencie eo-
rum auxilio destitutos Do-
cima desolator desperacio ps
Perijt fuga a me r no est
qui requirat aiam meam
Undecima miserie tuntao
r consumacio ps Miser factus
sum r curuatus sum vsqz i

finem tota die contristatus in
incedebam. Duodecima pre
cum et ad uitam frustratio
Treni iii. Cum clamauero et
rogauero exclusit orationem meam
Ps. Ut quidquid domine re
pellis orationem meam auertis
faciem tuam a me. De duo
decim beneficiis beate virginis
contra duodecim tribulationes
huius vite etc.

Si quis igitur diligens
lector sollicite prospexerit
et notificauerit effectus gratie et
mutationes quos beata virgo se devo
te invocantibus in suis signis
et miraculis legitur impen
disse inveniet et videbit quod
ipsa regina nunc est primo
in necessitatibus largissima provisatrix.
Johannis ii. Vinum non habent
dixit ministris. Quodcum
que dixerit vobis facite et im
pleverunt ydrias aqua usque
ad summum que glosa est in
mun vii de ipsa dicitur Sapie
vi. Dignos se ipsa querens
circuit in viis suis ostendit se
illis hylariter. Sap. vii. Vene
runt mihi omnia bona pa
riter cum illa. Secundo ipsa est
in negociis diligentissima
coadiutrix. Sap. viii. In operi
bus manuum illius est hones
tas sine defectione. Sap. x.

In fraude circumuenientium illum affu
it et honestum fecit eum et custo
diuit illum ab inimicis et a se
ductoribus tutauit eum. Tercio
ipsa est in perplexis pruden
tissima consiliatrix. Unde virgo dicit
Sap. viii. Scit versucias sermo
num et dissoluciones argumentorum
et euentus temporum et seculorum. Unde
ipsa dicit Proverbiorum viii. Me
um est consilium meum et equi
tas mea est fortitudo et pru
dencia. Quarto ipsa est in
periculis promptissima au
xiliatrix. Unde mater filium
interponit in mediis periculis
manus et partes suas. Hest.
xiiii. Confugit itaque Hester
ad dominum pavens periculum quod
imminebat. Judith xiii.
Subvenisti ruine gentis
nostre ante conspectum dei nostri. Quin
to ipsa est pro peccatoribus effi
cacissima apud filium pro
reatibus impetratrix sic dicit
mater Salomonis in Reg. ii.
Bene ego loquor pro te re
gi. Cui respondit filius
Pete mater mi neque enim
fas est ut avertam faciem
tuam. Sexto ipsa est me
rentium benignissima conso
latrix. Ysaie lxvi. Sicut mater
consolatur filios suos ita et
ego consolabor vos. Ps. Secundum
multitudinem dolorum meorum

in corde meo consolaciones
tue letificauerunt animam
meam. Septimo ipsa est
languencium leuissima me
diatrix. Eccli xxiiij. Ego quasi
fluuius dorix egressa sum
de paradyso etc. Dorix int
pretatur medicamentum generacionis
quod medicamentum sanat
generacionem ipsa hundant quasi
fluuius secum attulit et affert
cottidie de paradyso delicias
regum anime. Eccli xxxviij.
De terra creauit altissimus
medicinam i. de virgine ma
riam de ipsa sub nomine Sap
ix. quia per eam sanati sunt
quicunque placuerunt domino a
principio. Octauo ipsa est
cadencium tutissima reuela
trix. Ps. Cadent a latere tuo
mille et decem milia a dex
tris tuis tibi autem approxima
bit. Pro Vb. iij. Erit in latere
tuo et custodiet pedem
tuum ne cades et capieris.
Nono ipsa est oppressorum po
tentissima liberatrix. Sapie x.
Hec populum iustum et semen
sine querela liberauit a naci
onibus que illum opprimebant
Ibidem x. Iuuencius non dere
liquit iustum donec afferret
illi sceptrum regni et potestatem
aduersus eos qui eum depri
mebant. Decima ipsa de

precatorum clementissima reco
nciliatrix. Daniel ix. Auertatur
furor tuus obsecro et ira
tua a populo tuo. Exaudi
domine placare domine atte
nde domine et fac. Iheremie xviij.
Recordare quod steterim in con
spectu tuo ut loquerer pro
eis bonum et auerterem indignacionem
tuam ab eis. Undecima ipsa
miserorum piissima misera
trix iuxta illud Iob xvi. Ab infa
ncia mecum creuit miseracio
et de vtero egressa est mecum
de qua eciam mea infra di
cetur. Duodecimo ipsa est
peccatorum gratissima accepta
trix et optinendi gracie fide
lissima mediatrix. Mistice
possunt esse verba filij ad matrem
misericordiam implorantem
j. R. xxv. Benedictum eloquium
tuum et benedicta tu que pro
hibuisti me ne vlciscerer in
manu mea. Ecce audiui
vocem tuam et honorificaui
faciem tuam etc. De duode
cim virtutibus et graciis beate virginis.

Quod autem beata virgo sinus
deuocionis omnia predicta
beneficia graciarum et in vita pre
senti adhuc manens fer
uentius et excellencius impendit
et ecia semper et ecia alios in
actibus et effectibus ipsarum graciarum
et virtutibus excreuit. Iuxta quod

gra plena fuit p3 euidenter
ex v'tutibus et laudibus virtu
ipsius q'ntum ad vitam
actiua spiualem ex quibus
sctus ignacius in predicta epla
sua ad sctm Johem ewan
gelistam ipsam commendat
et extollit Prima itaq3 circa
ipsam et in ipsa commendat
et extollit gracie habundancia
cum dicit ipsi sancti et sancte que eam
corporaliter viderunt et tum ipsa
presencialiter manserunt referunt
eam fuisse omnis gracie ha
bundancia Eccli xxiiii In
ebriabo partus mei fructu
ecce factus est in trames
habundans et fluuius meus
appropinquauit ad mare Se
cundo commendat in ipsa v'
tutum redundanciam cum
asserit eam fuisse omnium
virtutum fecundam ps Mul
tiplicabis in anima mea
virtutem ps visitasti terram
et inebriasti eam multipli
casti locupletare eam etc
videlicet beatam et benedictam v'
ginem mariam de qua tunc
dicit ps Benedixisti domine
terram tuam etc Quia ex
plenitudine et habundancia
gracie causabatur in ea redu
dancia virtutum in actibus
et effectibus eius Quia omnes
eius actus conformita et victoria
fuit Tercio commendat circa
quo ad dominum religionis et
vite eius magisterium et quod contra
viciosos et pestiferos ac fi
deles in pugna fidei dis
ceptans emicuit Juxta id
ps Et respondebo exprobrantibus
michi verbum
et spabo in sermonibus eius
Vnde in suo cantico ipsa exultando
et iubilando dixit
Fecit potenciam in brachio
suo dispersit superbos mente
sui cordis Deposuit po
tentes de sede et exaltauit
humiles Quod qualiter de in
deis et incredulis intelligen
dum sic infra dicetur in ex
posicione cantici ipsius Quar
to commendat in ipsa quo
ad proximos pietatis feruorem
cum dicit quod ipsa apostolis
fideles fuit omnium operum pie
tatis ministra Juxta id i Tymo
th iiii Exercete ad pie
tatem Nam corporalis
exercitatio ad modicum vtilis
est Pyetas autem ad omnia
vtilis est promissionem habens
vite que nunc est et future
Quinto commendat in ipsa pas
sionem ad afflictos cum dicit
ex ipsa afflictis conafflicta co
dolet etc Hanc compassionem

causauit mea summa dilecto
ad proximum qua effluxit ex
summa dilectione in deum Sic
enim in tempore naturali quando unum
membrum ceteris membris cor
poris est unitum tunc dolente
uno membro cetera sibi coniun
cta condolent diuisum uero
et separatum membrum ab alijs
membris illorum membrorum do
lorem non sentit et per consequens non
condolet Itam corpore spirituali
siue mistico quanta magis membra
fuit dilecta tanta etiam est
compassio quia dilectio est medi
um vinculum unitiuum membro
rum adinuicem unio autem
est causa compassionis Iuxta
illud .1. Cor .xij. Ecce in
pulere dilectionis Pro uberi
um. Ergo diligentes me di
ligo etc. Ergo ad omnes fi
deles filios suos et fidelibus uero
tamen habet signum compassionis
Sexto commendat in ipsa sub
uentione ad miseros cum
dicit Miseris et afflictis
subuenire non pigrescit
etc. Ista virtus et eius actus
et defectus semper fuit in hac
vita et adhuc in propria ma
net in beata virgine Duo enim
sunt que pertinent ad eorum
unionem videlicet affectus compassio

nis et voluntas subuentionis
Unde licet in ista iam glorificata
in celo non sit affectus com
passionis Tamen ut dicit Gregorius
Nos celestis patria letitia
iam suscepit nullius afflic
tionis passio permittit etc. Iuxta
illud Luc. xv. Dico vobis gau
dium erit angelis dei super
uno peccatore penitentiam agente
Septimo commendat in ca
hylaritatem in persecutionibus
cum dicit In persecutionibus e
hylaris etc. Nam initio nas
centis ecclesie post ascensionem
eius et sancti spiritus missionem
et apostolorum confortationem et attes
tationem et predicationem surrexe
runt persecutiones contra ecclesiam
ad fidem christi sic legitur Actuum
quinto Unde ipsa beata virgo in
sua epistola ad Ignatium que
superius posita est de verbo
ad verbum Ita scribit Ignatio
Ne te moueat inquit per
secutionis austitas sed va
leant et exultat spiritus tuus
in deo salutari tuo Math.
v. Beati eritis cum persecuti
fuerint vos homines et expro
brauerint et dixerint omne
malum aduersum vos men
tientes etc. Octauo commen
dat in ipsa humilitatem in tri
bulationibus cum dicit est hu-

lis in quos saturabit etc. Luc. i°
Quia respexit humilitatem an-
cille sue etc. Summa enim hu-
militas in scriptura et adderi etc. ex
xiiii probatur et patet exemplis
summa exultatione Quia
sicut dicitur Luc. xviii Omnis qui
se humiliat exaltabitur Sed
ipsa est super omnes homines
et angelos usque ad thronum
celsitudinem ad dexteram
filii exaltata ergo in fu-
scriptam et omnes angelos et ho-
mines fuit hec causa et propter
se humiliata. Nono commen-
dat in ea In indigentiis con-
tinenciam cum dicit in pe-
nuriis et indigentiis non est
querela etc. Nondum autem quod
inter continenciam et castitatem
in communi sunt species temperan-
tie est differentia quia castitas
est temperantie abstinens
abstinens vel parte utens
etiam licitis et concessis Unde in
glosa super illud Math. v. Beati
pauperes spiritu quoniam ipsorum est
regnum celorum etc. distinguitur
paupertas spiritus in duobus ac-
tus et officia ipsius quorum
unus est rerum abdicatio Alius
est spiritus contritio fidelis cum
spiritus subiugatur divino sic contritur
conspicitur idem quod in abdicatione
rerum non solum leditur sed etiam
letatur quia est beatitudo paup-
tatis Iuxta illud Eccli. xxxi°
Sompnus sanitatis est in
homine parco dormiet enim
usque mane et anima eius
delectabitur cum ipso. Decimo
commendat in ipsa in iniuriis
patienciam cum dicit In iniuri-
antibus est caritas etc. Hic claritu-
do sine gratia intelligitur
Benivolentiam vel beneficenciam
ad benivolos et maleficos
videlicet Benivolentia quantum
ad affectum vel beneficencia
quantum ad effectum de quibus
actibus huius virtutis dicitur Math.
v°. Diligite inimicos vestros be-
nefacite hiis qui oderunt
vos etc. quia ut dicit Gregorius
super Ezechielem Vera pa-
tientia est enim amare quem
quis tolleraverit quia tollera-
re et odisse non est virtus
sed velamen furoris Undecimo
commendat in ea in molestiis
leticiam cum dicit molestata
autem letatur etc. Super quo no-
tandum quod aliquando letari magis
est meritum est non contristari.
Tristari enim in agendo vel
patiendo aliquid contristabile
vel adversum est infirmorum
ut dicit Math. xix de illo cui dixit
Ihesus Si vis perfectus esse vade

z vende omnia que habes etc.
Quod cum audisset verba h
abiit tristis etc. Non estare
vero in adv'sis est perfectum
Jeremie xvij Non sum turba-
tus te pastorem sequens
Ps Passus sum z non sum
turbatus ut custodiam man
data tua Letari vero sive
gaude' in adv'sis est perfecto
rum Actuum v. Ibant apostoli
gaudentes in conspectu concilij
quoniam digni habiti sunt
pro nomine ihesu pro contumelia
pati etc. Ita ergo itaque quia
omnium sanctorum perfectionem transcen-
dit pro penis i molestijs et
adversis pro nomine z amore
filij sui gaudens et le
ta fuit Ad Ro xij Spe
gaudentes in tribulatione pa-
tientes Ps In tribulatione di-
latasti m' etc. Duodecimo
commendatur in beata virgine generali-
te perfectionis vel eius excellentia
quam habuit respectu angelorum
z hominum cum d' ecclesia in ma
ria ihesu humane nature sancti-
tas angelice sociatur Exce
dit enim vel perfectionis omnium
simpliciter vitam generaliter z singula-
riter z dignitate primo quidem
generaliter quia gratia que per
partes alijs hominibus vel an
gelis est distributa Marie
simul tota est infusa Luce
primo Ave gratia plena etc.

Anselmus Ille spiritus qui in
alijs sanctis singulis singula
sua dona dedit dividens
singula prout voluit
michil tibi dimisit michil
excepte dedit Secundo excellit
singulariter quia soli marie
singulari dono respectu omnium
hominum etiam angelorum ma-
trem dei fieri z esse contulit
in quo privilegio b' multis
gratiis singulariter hanc gratiam
conscriptas infudit Bernardus
Cui soli deus pater vitam suam filium
suum dedit quo non tam
illo omnia z simul donavit
Tercio excellit dignitate ip-
sum primum quicquid e' magis
in magno est inter omnia
magna maximum Ipsa vero
beata virgo excellit omnes
dignitate que digna fuit
mater dei esse quod est omnibus
donis dignissimum Quarto p
fectio z plenitudo gratie z vir
tutum ipsius excedit indigne
perfectiones omnium angelorum et
hominum Bernardus super id Ecclesiastici xx
iiij In plenitudine sanctorum
detentio mea etc. Merito in
plenitudine sanctorum eius erat
detentio cui nec puritas an
gelorum nec constantia martirum nec so
brietas confessorum Nec casti-
tas virginum nec fecunditas
coniugatorum defuit etc.

Incipit Tractatus tercius de oc-
to Officijs z actibus vite con
templative.

Postquam iam dicta sunt
aliqua licet pauca
de perfectione contemplati-
va virtute beate virginis
quantum ad vitam activam
spiritualiter sit ignarus in-
cipiens sumus de vita et conversatio-
ne eius scribit inducens et
testimonia sanctorum et scripturarum qui
eam corporaliter viderent vide-
runt et ei spiritualiter adhese-
runt de quibus modo dicit psalmista
id est Psalmus xliiij vte sunt qui-
te inducunt et in annunciata
tua decorati sunt Cantica vi
Viderunt eam filie Syon et
beatissimam predicaverunt et regi-
ne laudaverunt eam etc. Nunc
de perfectione contemplativa et vir-
tutum ipsius cum actibus
earum quantum ad vitam
contemplativam spiritualiter agitur
in quantum ipsa dignata
et donata facultas si obtu-
lerit esse dicendum primo itaque dicendum
in genere de actibus et offi-
ciis contemplationis ut ex
distinctione actuum et officio-
rum ipsius venire possimus
ad distinctionem in gradum contempla-
tionis et diversitate modorum
perfectionis singulorum graduum
Secundo de distinctione et diversitate
perfectionum Tercio de diversitate
et distinctione contemplationis gra-
duum ipsius et perfectionum ipsorum
Ostendit itaque ergo Beda super
illud Luce x. Intravit Ihesus in
quoddam castellum etc. enu-
merat octo actus et officia
contemplationis Primum officium ipsius
est caritatem dei et proximi toto
mente retinere Secundum ab
exteriora actione quiescere
Tercium soli desiderio conditoris
toto animo inardescere Quintum
carnis corruptibilis pondus
cum merore portare Sex-
tum toto desiderio appetere in
mundicys angelorum choris
interesse Septimum celestis ci-
vibus per desideria admisceri
Octavum de eterna incorrup-
tione in conspectu dei gaudere
Predictorum officiorum et actuum
contemplationis sufficientia
et ordo sumi et assignari
potest in hunc modum Nam
cum inchoatione et profectu
et perfectione contemplationis
sit quedam elevatio et
ascensus anime ad deum summum ad
finem ultimum ut ei coniungatur
per visionem et fruitionem Iuxta
id Psalmus Ascensiones in corde
suo disposuit in valle la-
crimarum in loco quem po-
suit Elevatio autem et ascen-
sus anime fiat quandoque ab inferiori-
bus ad superiora per visionem
et cognitionem et per affectionem et
delectationem donec per gradus sin-
gulos perveniat ad coniunctionem

sit cum summo cognoscibili
ad videndum et cum suo de-
lectabili ad omnia dum ad
delectandum et felicitandum que est
ipsa visio et fruicio dei Illud
ait quod est elevans animam
in hoc ascensu sicut dicit glosa
super illud luce xix. de zacheo
quod querebat videre ihesum et non
poterat pre turba quia statura
pusillus erat etc. Animam
quam natura non potuit ascen-
sus arboris supplevit id est ad
iutorio gratie elevantis Hec
autem gracia est ipsa caritas
et dilectio dei quia sicut in natura-
libus ipse forme sunt prin-
cipia et fines quos intendit
natura Ita in divinis formis virtuti-
bus et actibus ipsa caritas sive
dilectio dei est quasi fundamentum
et principium inchoacionis et
finis perfectionis propter hoc recte
dicitur primus actus et tactus et offi-
cium contemplacionis mariae dicitur
quod in primo fundamento et
principio moveat et elevat
te Ergo vero quia ascensus
in contemplacione ab inferio-
ribus ad superiora est primo
per consideracionem divinorum operum
ut considerando videat et cognos-
cat Secundo ultimo proficiat
et proficiat in creatorem ad
mirandum et amandum Iuxta illud
ysaie xl Levate in excelsum

sursum oculos vestros et videte
quis creavit hec etc. Illam
vero consideracionem exterior actio im-
pediat vel avertat vel
ad inferiora a superioribus retra-
hendo propter hoc recte dicitur est
quod secundum officium et actus contem-
placionis est ab exteriori
actione quiescere Iuxta illud
psalmi Vacate et videte quoniam
ego sum deus quia non potest
videre aliquid intus nisi va-
cando et quiescendo ab ex-
terioribus sicut dicitur de Marthe
luce x Martha martha
sollicita es et turbaris erga
plurima Tercio autem quia
cessantibus vel sopitis impe-
dimentis exterioribus iam ex
consideracione divinorum operum mens
contemplantis consurgit et ad
miracionem conditoris sicut dicitur
Sap. xiii. A multitudine speci-
ei creature cognoscibiliter poterit
creator eorum videri quorum
virtutem et opera mirati in-
tellexerunt ex ipsis quoniam qui
hec facit fortior est illis etc.
propter hoc bene dicitur est quod
tercium officium et actus contem-
placionis est soli desiderio
conditoris inherere videlicet ut
non sit status in consideracione
et admiracione huiusmodi mens
elevetur ad amatum deside-

rij inhendo sibi creata vnde
dicit Bilh⁹ in smone de pecth.
In mundi ope tu csidrare dem
videlz quid sit quo z qlis
sit z ad quid constitut⁹
sit vt rer spectc qnende
conditorꝭ tam in estimalis
potencia in modo z forma
tam in scrutablis sapia in
ordine z fine tam tam vti
lis benignitatꝭ z tam in beng
ne vtilitatꝭ gra que etiaz
negtissimos multitudine
z magnitudine bnficoꝝ pos
sit obruere zc Quanto vo
quia ex csidracone diuinoꝝ
opm z ex iniacone dine po
tencie z sapie z clemencie ac
bonitatis relucentꝭ in spe z
modo z ordine creature sur
git mentis quedam medi
taco z meditacionis delectio
Juxta id psalmista Medi
tabor in omnib⁹ mandatꝭ tuis
z ad inextgabil⁹ tuis exerce
bor zc Item ps Memor fui
dei z delectat⁹ sum zc In qua
tam meditacone z delecta
tone ad huc non est beatitu
dinis pfecto ß aliqualis in
choaco quia in solis essentia
lib⁹ attentꝭ csiderꝭ i opib
creacionis vt in oim pote
cia z sapia z bonitate dina
no ex pfecto ditatꝭ cgnicon
ß inuitante venie z trinitate
psonaz facie ad faciez con
templata in qua visione co
sistit beatitudo z vita etna
Juxta id Johis xvij. hec est
autem vita etna vt cgnoscant
te solum verum deum et que
misisti ihm xpm zc ppt
hoc cgruc dum est qm qsi
tu offstitu tacit⁹ ctemplaco
nis e advidendum facie con
ditorꝭ toto animo inardes
ce ps Concaluit cor meu
intra me z in meditacone
mea exardescet ignis ß
desidery z amorꝭ videndi
faciem creatorꝭ In visione
enim aliarum hominis facie ad
faciem attendut tria videlz
immediata visio quia videz
eum in se non in alio et
spei cgnitio quia videt ho
minem ee non aliud aial
quod eciam z psone distic
tio quia vidz ee petrum non
paulum vel Johem vo pe
trum vel paulum ita est in vi
sione dei facie ad faciem qa
ibi est immediata visio qr
ctemplans in ppria videt
dm pse non i alio neqz p
aliud z videt oim⁹ nature
dine cmunicacom ad tres per
sonas dinas z tu psonaz
distinccom Quanto aut qr
ctemplaco que est ad huc
nra non ppria no pot
esse cotinua nec pfca quia
pondus carnis corruptibilis

214

animam in contemplacionem ele-
uatam deorsum ad se retrahit
et auertit et contemplacionem in-
mutat et interrumpit. Iuxta illud
Sapiencie nono. Corpus quod cor-
rumpitur aggrauat animam et
deprimit terrena inhabitacio
sensum multa cogitantem.
Unde et dicit Augustinus in libro
Soliloquiorum. Tamen in hoc cor-
pore adhuc est anima tua
si plenissime videat, hoc
est intelligat, deum quia tamen
sensus corporis adhuc utuntur
suo opere si nichil valeant
ad fallendum tamen non nichil
ad ambigendum, ut magis
possit adhuc visio tua dici
fides de deo quam sciencia vel co-
gnicio. Propter hoc racione dictum est quod
quartum officium et actus con-
templacionis est carnis cor-
ruptibilis pondus cum me-
rore portare. Propter quod dice-
bat apostolus ad Philippenses i°. Cu-
pio dissolui et esse cum Christo.
Quintum vero quia consideracio
diuinorum operum exquisita in con-
templacione surgit ad miraci-
onem et meditacionem et delectacionem et
magnitudine diuine potestatis
et pulchritudine sapiencie et multi-
tudine bonitatis et clemencie
in vestigiis relucentibus crea-
ture. Ad hunc consurgat ita exterio-
ra quedam corporalia et sen-
sibilia que in illis in corporali-
bus et intelligibilibus sunt creata
ut certa magnitudine et pul-
critudine et multitudine in
creature et certa specie modo
et ordine rerum creaturarum in quibus
relucet deus in vestigio non
in ymagine et eis que pertinent
ad ymaginem dei in anima et
in ipsius memoria et intelli-
gencia et voluntate et ad yma-
ginem dei in substanciis spirituali-
bus ut in euangelicis spiritibus
et eorum virtutibus et perfectionibus et
operacionibus et premiis et gaudiis
eorum in celestibus quibus tamen
nostras animas et corporibus as-
sociata esse credimus et
speramus et desideramus. Propter hoc
hic dictum est quod sextum of-
ficium et actus contemplacionis
est toto desiderio appetere pre-
minentibus choris angelorum inter-
esse et cetera videlicet Nunc spiritu
et mente, in futuro vero spiritu et
mente et corpore in resur-
reccione electi nec nubentur
sed erunt sicut angeli in celis
Mathei xxii. Septimo
autem quia toto desiderio ap-
petere ymmo preminentibus angelorum
choris interesse nichil est nisi
desiderare angelorum premiis et
gaudiis in futuro associari.
Primum vero contingit sine pre-
cedente merito adipisci. Propter

quod dns reprehendit apostolos Jacobum et iohannem filios zebedei et matrem eorum qui conabantur ad premium non sua mencione deprimendo merito quibus dixit Nescitis quid petatis etc. Math. xx. Ubi dns peticionem eorum ostendendo ad rectum ordinem insinuavit eis meritorium opus prius esse exequendum et postmodum qualitatem et quantitatem premii divino beneplacito relinquenda. Potestis inquit calicem bibere quem ego bibiturus sum etc. Quarter gradus dictum est quod septimum officium et actus contemplacionis est celestibus civibus per desiderium adunari et conformari .i. sanctitati et puritati angelice per mundam vitam et laudes et preces continuas ad deum fusas assistare quia hec est vita beatitudo angelorum deum contemplando et videndo continue venerari et laudare et adorare et gratias referre. Iuxta illud ysaie vi. Clamabant seraphym alter ad alterum Sanctus sanctus sanctus dominus deus exercituum plena est omnis terra gloria eius. Et ysa. lxii. Tota die et tota nocte non tacebunt laudare imperpetuum Qui ergo reminiscimini dominum ne taceatis et ne detis ei silencium etc. Octavum vero officium et actus contemplacionis illius quod est in patria

sum veni. In via adhuc sum solum spem et desiderium est videndo deum de eterna in corrupcione in conspectu dei gaudere. Iste actus iam non est gradus aliquis quo quis ascendat sed finis et terminus et status eterne iocunditatis et securitatis qui consistit in ultima perfectione caritatis qua tunc deo inseparabiliter coniungimur ipsum sine medio videndo et ex tota mente et ex omnibus viribus diligendo et ipso fruendo. Quia sic dicit Aug. super Gen. Istud preceptum diligere dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex omnibus viribus tuis non potest impleri in via sed solum in patria. Gaudere vero in isto statu de incorrupcione est gaudere primo de mea transformacione et liberacione a penitus corrupcione. Quia ut dicit Ro. viii. Omnis creatura ingemiscit et parturit usque adhuc expectans liberacionem in servitute corrupcionis in libertatem glorie filiorum. Secundo de claritate corporis conformacionem. Ad philipp. iii. Salvatorem expectamus dominum nostrum ihesum christum qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. Tercio de summa [illegible] approximacione

qm omni impeditus et corrup-
tione deposita in anima et
corpe proximi erimus summe
in corrupcione glorie Sapie
vi. Incorrupcio facit esse proxi-
mum deo Infima g° recolli-
gendo predicta dici pt quod qu-
tum ad diversificacionem actuum
contemplacionis est dei et proximi
dilectio Secundus est amor co-
siderato Tercius abextioribus
vacacio Quartus cordis me-
ditacio Quintus cordis depssio
Sextus in corporalia et spiritualia
mentis elevacio Septimus an-
gelice vite conformacio Octa-
vus totius anime conatus i
deum et exultacio Iuxta id ps
Cor meum et caro mea exul-
taverunt in deum vivum etc De
triplici pfectione scilicet in hac vita
Ad videndum autem de pfec-
tione que attenditur circa
contemplacionem secundum ad diver-
sum statum contemplantem
Notandum quod triplex est pfectio
scilicet pfectio sufficiencie pfectio ha-
bundancie et pfectio excellencie
pfectio sufficiencie attenditur
in hiis actibus et operibus vite con-
templative et active que
sufficiunt ad salutem que
pfectio est esse in gra et per-
consequens in via ad premium su-
mitur credendo et sperando et
optando in ipa gra pseve-
rare et crescere et pficere ut in ea
vivitur huius vite ad premium
debeat pervenire Unde quia gra
et mortale peccatum se simul
compatiuntur Nullus qui est
in mortali peccato constituti qui ni-
chilominus credunt fidem in
deum et per eius aliquam spem
et aliquam caritatem Numquam ca-
ritas sufficit ad salutem
tamen est informis quia non
habet caritatem que est forma
et finis omnium virtutum et non
est nisi tamquam signum caritatis
et aliquod memoriale sue vo-
cationis et est idem quod non
negare solum quod sit possi-
bile ut a mortali peccato a-
liquis revocetur peccatum et
revertatur ad viam quem actum
fidei informis non potest
habere omnino infidelis quia
nullam fidem habet nec for-
matam nec informem Equale
autem et quantam unusquisque habet
fidem talem et tantam habet
spem que in eo qui est i
mortali constitutus non est
aliud nisi de deo diffidere
et talem et tantam habet etiam
caritatem que nec est aliud
in ipso nisi deum non odisse
quia proprium dampnatorum
est odisse deum Iuxta illud
ps Superbia eorum qui te ode-
runt ascendit semper Ista p

fectionem sufficientie cum scilicet
gratie sunt tales laborantes.
Baptizatos a malo culpe et
pene ynaquaque gratia suo
modo et virtutum habitus indu-
centes et inducentes animam
in esse gratuito perficientes
et habitus ipsos in actu in virtute
exire facientes rite credendo et
vivendo quamdiu in baptizatis
iam adultis sine lapsu et
macula consumantur. Perfectio ha-
bundancie est quando in eo qui habet
virtutem gratia cum perseverancia et con-
fortatur gratiam continuam ad sta-
tum vie contra perfectionem vite ac-
tive et contemplative. Secundum quod
contemplativa non solum ad
superiora ascendit sed pro loco te-
pore et causa inferioribus secundum
superiorum regulam intendit.
Sicut in tamen angelis in sca-
la Jacob descendit et ascen-
dit ut dicitur Genesis xxviij. Istam
perfectionem habundancie super per-
fectionem sufficientie addunt
et perficiunt septem dona spiritus
sancti virtutibus addita et adiuncta
que enumerantur Ysaie xj. Requi-
escent super eum spiritus domini
spiritus sapientie et intellectus etc. Que
dona virtutesque gratia informa-
tas dirigunt et addignioresque
ferociores actus elevant et adiu-

Nō

vant et sunt ac ultime perfec-
tionem magis approximant de qui-
bus donis superadditis dicitur
Luce xix. Cuilibet habenti om-
nia dabitur etc. Cuilibet habenti et
bene utenti ac dispensanti ad sa-
lutem gratias et virtutes in sacra-
mentis infusas addentur
dona spiritualia / Perfectio excel-
lentie est in virtutibus et donis
animam elevantibus ad actus
qui sunt super statum vie con-
tinuum ad contemplacionis perfecte
et perfectionem meliorem pro dulce-
dinis patrie pregustacionem que
tamen in hac vita non potest
esse adhuc continua et perfecta propter
id quod carne corruptibili ag-
gravatur ipsa actione et passione
de qua pregustacione eterne
dulcedinis dicitur in psalmo. Gustate
et videte quoniam suavis est do-
minus psalmo. Suavis est dominus uni-
versis Hanc perfectionem excellen-
tie in viatoribus post actus
effectus donorum perficiunt et
decorant fructus illi xij quos
enumerat apostolus ad Gallathas
v. Fructus autem spiritus est
caritas gaudium pax patien-
cia longanimitas Bonitas Be-
nignitas mansuetudo fi-
des modestia continentia
castitas etc. Caritas enim in v-

·ij·

nitatem

virtutibus gratuitis et actibus
ea ut in via reficiant et delectent
vt in eis odorem et saporem
dulcedinis patrie presentiscant et
contra fatigacionem et tedium
vie eam consolentur et sustinen-
tent. Istius duabus perfectionibus
habundancie et excellencie
adiuuando et confortando in de-
siderio et spe patrie contra tedium
et labores vie gratuitis cooperan-
tur caritate. Octo beatitudines que
ponuntur Math. v(to) Beati pau-
peres spiritu etc. Ut itaque via-
tores in fine huius vite bra-
uium patrie attingant et com-
prehendant. Per istos passus
et gradus procedunt. Primo enim
gradibus sacramentalibus ad ima
insti tuuntur. Secundo virtutibus
constitutum habitibus induuntur.
Tercio donis eciam actibus virtutum
diriguntur. Quarto fructibus
ne deficiant in via reficiuntur
et sine timore tedii huius vite
et sine periculo et sine errore
diuerticula et sine labore com
obstacula in via transeunt et bra-
uium attingunt et premium ac
gaudium patrie comprehendant et
percipiant. De octo gradibus contem-
placionis et duplici modo ip-
Est autem contemplacio finis
purgate et illuminate anime

eleuacio ab inferioribus ad superio-
ra. Per mentis intuitum ad viden-
dum et delectandum in ipso. Unde
patet quod ad contemplacionem
perficiendam requiruntur ista sex
videlicet primo anime purgacio.
Secundo purgate anime illuminacio.
Tercio illuminate anime eleuacio.
Quarto eleuate anime in-
tuitus siue intuicio. Quinto
intuentis et potentie anime vi-
sio. Sexto visionis delectacio.
Et ista sunt sex gradus quibus
anime complete disposita et per-
fecta de inferioribus ascendit per
media superius quibus addun-
tur insuper duo gradus vt fiant
octo videlicet primus ex quo est
inicium inchoacionis huius
motus ascensionis et eleua-
cionis que est sensus siue per
ymaginacio siue ipsorum appre-
hensio. Unde Augustinus in libro de quan-
titate anime inter sensum et ymagi-
nacionem ponunt duos gradus
pro eo quod primo anima res con-
sideradas per sensum apprehendit
in materia. Deinde ymaginacione
a sensu abstrahit considerando
formam sensibilem preter materiam.
Sed quia siue formis rerum per
sensum apprehendat in materia
siue per ymaginacionem preter
materiam sensibilem. Unde quasi
fundamentum Unde anima procedit

consideracionis leuatur ad ascen-
sum contemplacionis est operatiuum rerum non qualitercumque sed
certarum diuinorum operum propter
hoc ut ad certo gradus conte-
placionis ascensus perueniat
dicere possumus non in genere
quia primus gradus est consideracio
secundus attente consideracio Tercius
illuminacio Quartus eleuacio
Quintus intuitus siue intencio
Sextus visio Septimus vi-
sionis fixio Quibus septem
gradibus per quos est progre-
diendum motus siue ascensionis
in contemplacione additur Oc-
tauus qui non est proprie gradus
sed finis et terminus in quo
est status qui est scilicet visionis
fruicio in ipsum conscepe? de-
lectacio de qua dicit psalmista Memor
fui dei et delectatus sum et
exercitatus sum et defecit spiritus
meus id est perfecit quia ut dicit
Greg super illud ibi videbimus quantum
tenendo et intendendo octo
gradus portam atrii interioris
per quos ad virum orientalem
est ascensus ut dicit Ezech
xl°. Et notandum quod contemplacio
accipitur dupliciter scilicet large
et stricte large dicitur contem-
placio totus ascensus siue e-
leuacio mentis incipiens a con-
sideracione diuinorum operum et per
omnes medios gradus predic-
dictos ascendens usque ad con-
templandum deum Stricte vero
accipitur contemplacio pro ultimo
illo actu in quo mens in e-
iam stat fixa per intuitum in
deo et visionis dei fruicione
et delectacione Est eciam contempla-
cio una continua et perfecta talis
est sola contemplacio in patria
qua nullo impedimento inter-
rumpitur quod nullo tempore au-
fertur sed est continua id est perpetua
et perfecta de qua dicitur Sapie v°
Iusti in perpetuum viuent et a-
pud deum est merces eorum et
cogitacio eorum apud altissi-
mum Alia vero est vel interrup-
ta propter corrupcionem et alligacionem
contemplancium cum impedimentis
interrumpentibus et contrariis auita-
tibus ut non perueniat ad sum-
mum gradum vel ut postquam per-
venit in eo stare et perma-
nere non possit ut est contem-
placio se habens per modum medium?
de illis contrariis et impedimentis
et sopicione et ablucione eorum
ad breuitatem ad se videndam
ut de illa contemplacione quam
beata virgo habuit in hac vita
qua fruebatur et gaudebat
impnti? de visione dei quantum
aliquid dici possit per quod
predicta omnia de vita contempla-

tum et gradibus contemplatorum
sunt hic introducta. De tri-
plici impedimento perfecte contem-
plationis in hac vita
Sciendum quod illa gratia qua
anima a perfectione contemplationis
retrahitur et arcetur et impe-
dimenta quibus gravatur
et retardatur in hac vita triplici-
ter assignando sunt scilicet primum
est peccatorum infectio. Secundum est
temporalium affectio. Tertium mentis
ipsius et virtutum eius extra
se divisio et dispersio. Prima ut
dicitur Sapientie 1°. Spiritus sanctus
fugit fictum et auferet se a
cogitationibus que sunt sine
intellectu neque habitabit in
corpore subdito peccatis etc. Secundum
ut anima complete disponatur
et aptetur ad perfectionem contempla-
tionis oportet eam primo a peccatorum fecibus
mundari. Secundo a temporalibus
affectionibus separari. Tertio ab
hiis que extra se divisa
et dispersa ad se et in se recol-
ligi et uniri. Primum istorum im-
pedimentorum videlicet peccatorum in-
fectio removetur per generalem sacramen-
talis participationem in quantum
sacramenta ordinata sunt ad
peccati originalis et actualis di-
lectionem et consciencie emundationem
et fomitis compressionem. Secundum vide-
licet temporalium affectio removetur
et impletur primo propter carnalis
castigationis de quibus dicitur

Exodi xxx. Vigilia honestatis
tabefacit carnes id est carnalis
delectationes. Eccli. xxvi. Frequens
meditatio est carnis afflictio.
Secundo propter spiritualis exercitationis
perfectionem. Thimotheo iiii. Exerce te ipsum
ad pietatem. Corporalis enim
exercitatio ad modicum utilis est
pietas autem ad omnia valet
etc. Tertio propter supererogationis
insequendis consiliis et exterp-
dis votis. Math. xix. Si vis
perfectus esse vade et vende omnia
que habes et da pauperibus.
Luc. ix. Si quis vult post me
venire abneget semetipsum et
tollat crucem suam cottidie et
sequatur me. Eccli. v. Si quid
vovisti redde deo displicet enim
ei stulta et infidelis promissio.
Tertium vero scilicet mentis anime et
virtutis et operationum eius extra se
divisio et dispersio removetur
triplicit secundum triplicem divisionem
et dispersionem anime extra se ob-
ligata enim et alligata est cum
ex unione sui cum corruptibili
corpore. Primo ad vanas et
vagas rerum sensibilium apprehen-
siones et ymaginationes. Job
xvii. Cogitationes mee varie
sibi succedunt et mens in di-
versa rapitur. Idem xvii.
Cogitationes mee dissipate
sunt torquentes cor meum.
Secundo ad diversas operationes et
corporis administrationes. Augustinus

de spiritu et anima. Anima secundum diuersas sui operaciones in corpore variis eciam nominibus nuncupatur. dicitur enim anima dum vegetat, spiritus dum viuificat, dum sentit sensus, dum sapit animus, dum intelligit mens, dum discernit racio, dum recordatur memoria, dum intelligit voluntas. Tercio ad diuersas corporis passiones. Augustinus de anima et spiritu. Omnibus quodammodo affectibus et quadam amicicia cum corpori coniungitur vt amet corpus comitem suum cuius donis afficitur et delectacionibus compascitur licet illud ipsam se non vtatur etc. Ad Ephe. v. Nemo carnem suam odio habuit. Primum itaque predictorum impedimentorum scilicet obligacio et alligacio anime ad ymagines et vagas rerum sensibilium apprehensiones et ymaginaciones remouetur per ymaginabilium a sensibilibus et intelligibilium specierum ab ymaginabilibus perfectam abstraccionem. Augustinus x de trinitate. Obuiat in anima error de decaus dum rerum sensibilium ymagines se cernere esse non potest vt se solam sine hiis videat vnde oportet vt eas a se se auertat dum se solam velit cogitare quod tamen est valde difficile. Boecius de trinitate. Si a duobus corporibus diuersis omnia accidencia animo seperemus locus tamen eorum est diuersus quem vnum fingere nullatenus possumus. Secundum impedimentum videlicet diuisio anime ad diuersas operaciones corporis administraciones remouetur per actum ipsius actiuum vnionem et in superiorem partem reduccionem et collectionem de qua dicit Augustinus in libro de quantitate anime. Sensus vertetur in ymaginacionem ymaginacio in racionem racio in intellectum intellectus in intelligenciam intelligencia in deum etc. Hoc autem est difficillimum in hac vita nisi forte ad modicum momentum illius contemplacionis que in hac vita potest esse super statum vie similia statui patrie per quam cessacionem virium inferiorum ab administracione corporis et recollectionem ipsarum in vnum necesse est istum vires indiuisum diuidi et ad singulas suas operaciones reuti sicut factum fuit de Paulo per raptum reuelatum ad sensus. Tercium impedimentum scilicet diuisio virium anime ad diuersas corporis passiones remouetur per priuacionem sensitiuarum cessacionem que consequitur predictarum virium in vnum recollectionem et vnionem

propter quam cessacionem paulus in
raptu et post raptum nesciuit
vtrum in corpore vel extra
corpus fuit vt dicitur 2a
Cor. xii. Et notandum quod cum
ad altissimum perfecte contemplacio-
nis requiritur in summo po-
tencius anime disposicio et passi-
sio gratie eleuacio tercio dei con-
descensio et attraccio iuxta
id Cant. i. Trahe me post te
Joh. vi. Nemo potest venire
ad me nisi pater qui misit
eum etc. christus hic quidam con-
templatiuus sopitur scilicet inferio-
ribus viribus et corporis motibus
quasi sopitis et clausis corporis sen-
sibus ideo quod nulla est in eis dis-
posicio nisi solus visus sensus
corporalis absque omni contractu a
infectione sic fuit in sopore
ade in paradyso de quo legitur
Gen. ii. Immisit dominus deus
soporem in adam scilicet soporem
contemplacionis vt dicit glosa
vt intrans in sanctuarium dei ma-
eius particeps fieret angelice
curie et intelligeret nouissima
secretorum dei vnde in prophecia pro-
rupit dicens hic nunc os ex os-
sibus meis etc. Quidam vero sunt
huius perfectia quod in eis est mo-
dica resistencia ad gratie e-
leuacionem et ad diuinam condescen-
sionem et attraccionem propter corporum

familiarem munditiam et spiritualitatem
et dei summam familiaritatem et co-
formitatem sicut Johannes in vnde
ipse dicit Apok. i. Fui in spiritu in domi-
nica die etc. et non dicit quod fuit sopi-
tus neque raptus. Quidam autem
non sopiuntur neque tamen sed ra-
piuntur inproporcionalitatem lucis et
claritatis sue visionis quasi
gratia violenter eleuante et
deo attrahente sicut paulus
dicitur raptus in visione dicit glosa
ad Cor. Quod vidit deum sicut
sunt in patria et sub tanta claritate
sicut illi angeli vident qui
sunt in ierarchie. Quod beata
virgo consistit ad perfectionem suffi-
ciencie habuit ob virtutes et
gratias sacramentales etc.

Cum itaque ut patet ex predic-
tis ad perfectionem vite contempla-
tiue et actus contemplacionis com-
pleta disposicio que consistit in
perfectione et excellencie que
sibi presupponit perfectionem suffi-
ciencie et habundancie. Ad osten-
dendum ergo in beata virgine per-
fectionem vite contemplatiue ex-
cellente in ipsa contemplacione
sua statum cum maiorum vi-
dendum est primo de perfectione suf-
ficiencie que in viatoribus com-
muniter consistit et consistit in sep-
tem gratiis sacramentalibus de in
septem virtutibus hec est ille tres
Theologice fides spes et caritas
et quattuor cardinales scilicet iusticia
prudencia temperancia fortitudo. S. 599

De gratiis utique sacramentalibus
Sciendum quod beata virgo in sua
plenitudine gratie propter quam angelus
ei annunciavit dicendo Ave
gratia plena etc. Invenitur omnes
gratie sacramentales perfectius aliis
recepisse vel in se virtualiter
et vel in equipollenti aut ex
cellenti. Cum sic dicit Anshelmus
Nulla ei gratia deficere debuit que
gratia plena fuit cum etiam gra
tie sacramentales sint quasi funda
menta et prime omnium subse
quentium gratiarum. Hoc autem sic patet quia
cum sacramenta sint instituta propter
tres causas ut dicitur iiij Senten
tiarum videlicet primo propter hominis
humilitatem ut homo distat a
eis se deo humiliare dum ex
divina institutione querit et
percipit gratiam in rebus et
operibus se inferioribus per naturam
ut baptismi gratiam in aqua
confirmationis in crismate et ex
trema unctionis in oleo et
de aliis similiter propter quod
dicitur i Petri ii Subditi estote
omni humane creature propter deum
etc. Item ibidem v Humiliamini
sub potenti manu dei ut vos
exaltet etc. Secundo propter eruditionem
ut homo in eis et ex eis do
ceatur per experientiam credere et
sentire quod deus potest si voluerit
et quibus et per que vult gratiam
conferre et sanare. Iuxta illud Psalmi

Statuit aquas maris in utrem
id est gratias in vasa sacramentalia
Tertio propter exercitationem ut cum
homo ad salutem et gloriam con
scendam debeat esse operosus
non ociosus proposita est ei et prepa
rata in sacramentorum usu exercitatio
utilis et salubris qua operantibus
et non vacantibus redditur ultima
merces salutis iuxta illud Math.
xx Voca operarios et redde illis
mercedem etc. Beata ergo virgo
recepit sacramenta eo modo sicut
infra dicetur et hoc propter primo suam
profundam humiliationem qua deus
se semper studuit in omnibus
humiliare. Luc. primo Quia
respexit humilitatem ancille sue etc.
Secundo ad suam salutare exercitationem
Quia ab evo et sancto ope nun
quam ociosa fuit que quolibet
motu et opere meruit. Proverbiorum
ult. Consideravit semitas do
mus sue et panem ociosa
non comedit. Tertio ad eru
ditionem non suam sed nostram
ut ipsa esset nobis in sacramentorum
perceptione religionis et sancti
tatis et humilitatis exemplum per
cipiendo sacramentorum remedia
et sanctificationem quibus non indi
gebat qui in utero et ab utero
de incepto sanctificata et sancta et omni
gratia plena erat. Unde sciendum
quod cum baptismum et que
dam alia sacramenta duas

habeat et conferunt utilitates et ef-
ficacias percipientibus videlicet
vel remedium contra malum cul-
pe vel pene vel auxilium ad
bonum gratie Beata virgo percepit
sacramenta prout sunt instituta
in signum vel auxilium ad bonum
gratie et non quantum ad remedi-
um contra malum et maxime contra
malum culpe cum ipsa omni
culpa caruerit et peccato Et
ut clarius patet videndum est quid
in singulis et ex singulis sacra-
mentis percepit Quid gratie
Beata virgo percepit in sacramentis

Primo igitur cum ecclesie
601 baptismus sit institutus
ad tollendum reatum originalis
culpe que beate virgini omnino dele-
ta fuit et sublata in ipsius sanc-
tificatione in utero percepit tamen
in baptismo caracteris impres-
sionem virtutum excitationem et
meritorum augmentationem in eo quod
quanto maior et dignior erat
quod fuit omnibus tanto magis
se humiliavit in omnibus Unde
sicut legalium sacramentorum subiit
et suscepit et purificationem post
partum quod nichil in se purgandum
habuit Ita et ecclesiastica sacramenta
ut baptismum et alia suscepit
quamvis nichil in se per baptismum
delendum et abluendum habuit sicut
et Christus fuit ita ut baptismo
sanctificaretur sed ut baptismum sanc-
tificaret ut dicit Ambrosius

continentiam sive mundissime car-
nis virum regnaturam ita confirmet
aquis licet autem non inveniatur ex scrip-
tura canonica quod baptizata
fuerit et secundum eo a quo sit
nunc de apostolis invenitur scrip-
tum et a quo fuerint baptizati
preter idem Johannis iii Nisi quis rena-
tus fuerit ex aqua et Secun-
do vero in sacramento confirmacionis
recepit sibi caracteris impressio-
nem et amplioris meritorum augmen-
tationem et virtutum confortationem et
manifestationem Tercio in sacramento
Eukaristie percepit dominice pas-
sionis precordialem recordationem
et actualis devocionis excita-
tionem et de corporali absentia filii
spiritualem et specialem consolationem
Quarto in sacramento penitentie confes-
sionis quia nichil mortale et
veniale committendum habuit nichilominus
confitenti est in magis potenti et
excellenti pro collatione maio-
re conservationem et recognovit
pro delictorum confessione sua insuf-
ficiencie et meritorum diminucione et de super-
habundanti gratia sibi collata
gratiarum actione et pro satisfactione
exhibuit bonorum operum et meritorum
super erogationem et talem confessio-
nem fecit sancto Johanni evangeliste
Dato sibi in matrem a Christo curatore et
custodi ac confessori Quinto in

sacramento matrimonii percepit recte
intelligenti omnia illa tria bona
que in xpiano doctore attendunt
que sunt fides proles et sacra-
mentum. Potest autem non in-
congrue distingui duplex ma-
trimonium beate virginis unum inter
ipsam et spiritum sanctum mediante
Gabriele archangelo tracta-
tum et contractum quod fuit matrimonium
verum et castum ac perfectum. Unde Aug(ustinus)
in i° coniunctio virginis matris
dei prolem verissimam legi-
tissima ipsum xpum et fidem
purissimam quia ibi nullum ad-
ulterium et sacratissimum quia nullus
ibi defectus vel divorcium habet
locum. Aliud vero matrimonium
inter ipsam et Joseph quod contractum
ad carnalem copulam fuit so-
lummodo pertinens ad fidem contrac-
tum et sacramentum fuit verum tamen
et sanctissimum. Unde Aug(ustinus): Cum
coniugium fuit sanctiora pari
voto contractum vos Maria
et Joseph tanta sanctitate et sacr-
amentis coniuges manebatis
quanto sanctiora castitatis pla-
cita concorditer servabatis etc. Ex
quo patet Joseph quoque virginem
fuisse et virginem permansis-
se quoniam si aliquod contractum ma-
trimonium tunc adulter fuisset
quod absit suspicari de tam
tanto mitti viro cui tamquam

custodi et ministro et testi sacra-
mentum et lilium paradysi et thezaurus
divinitatis committitur altissimi
fuerat commendandus. Sexto sa-
cramentum extreme unctionis
quod est institutum morientibus
ad venialium remissionem et cor-
poralis infirmitatis alleviationem
ad vincendam ultimam temp-
tationem et adquisitus sanitatis
sic non fuit necesse quibusdam
confessis quales dico sine infirmi-
tate corporali et dolore mortis
ab hac vita exierunt ut Johannes
ewangelista de quo legitur quod do-
mino vocante descendit in
defossum sepulture sue locum
et dormivit in pace tam a
dolore quam a corrupcione car-
nis extitit alienus etc. Etiam
beata virgo ipsum non habuit neces-
sarium videtur tamen quod propter
consummationem summe humilitatis quam
in vita tenuit in obitu suo
etiam istud sacramentum ex humili-
tate suscepit et in ipso conse-
cuta fuit statum vite sue
consummationem corporalis doloris
mortis amotionis et future glori-
ficationis sue plenam significa-
tionem et inchoationem. Quod
beata virgo sacramentum ordinis
non percepit ipsa sed in excel-
lenti etc.
Sacramentum vero or-
dinis beata virgo non suscepit extra-

bus ciuis communio propter mulie-
bris sexus hanc conformitatem
que obstat sacramento removen-
tur propter sexus inhabilitatem
et nature fragilitatem et placen-
tiam [illegible]. Secundo propter sui sta-
tus minoritatem quia licet sac-
ramentum ordinis preferat ex-
terius quandam dignitatem et maio-
ritatem. Interius tamen habet sic sum-
mi quandam servitutem et minorita-
tem. Juxta illud Luc. xxii. Qui
maior est in vobis fiat sicut mi-
nor et qui precessor est sicut
ministrator. Unde omnes ordines
ecclesiastici sunt introducti in
ministerium non in dominium sed
sicut soror dei beata virgo sic
exterius preferebat coram ho-
minibus summam humilitatem sic
habuit interius apud deum sum-
mam dignitatem. Unde non
decuit eam ponere in statu
ministerii que erat consors domini
et imperii in re publica sui filii
nec debuit servire aliis ut fa-
mula servorum que erat domina an-
gelorum regina celorum. Tertio
propter actus et officii ordinum dis-
paritatem cum ordinati in ec-
clesia pro suo officii executio-
ne necesse habent mutare loca et
per mundum discurrere et predica-
tiones et confessiones et visitationes
et alias ecclesiasticas ordinatio-
nes hec autem non congruebat
beatam virginem facere pro sue

persone dignitate et muliebris
sexus conformitate et sue vite
et actionis distinctione. Omnia in
[illegible] et officiis corporalibus circa
sunt que pertinent ad milites
et alia que viros sed non beata
virgo ex predictis causis non sus-
cepit sacrum alicuius ordinis
cuius tamen bonitatis et gra-
tie singulis ordinibus confertur
ipsa in eminentia vel excel-
lentia per spiritualem et specialem
unctionem spiritus sancti totum habuit
et possedit. Eccl. xxiiii. In ple-
nitudine sanctorum detentio mea.
Insuper vero ordinis tria consi-
derantur et commendantur scilicet potestas
spiritualis dignitas ministerialis
et executio actualis. Hec tria beata
virgo habuit in excellentia. Primo
quidem spiritualem potestatem quia
cum ministerii sit ista potestas
uno trium modorum vel ordina-
ria vel vicaria vel delegata
ipsa habuit spiritualem potestatem
altiorem videlicet hereditariam
a filio et cum filio in collatione et
distributione gratiarum et beneficiorum
spiritualium et temporalium et honorum
iuxta illud Eccl. xxiiii. Et sic in
Syon firmata sum et in civitate
sanctificata similiter requiem inveni
potestas mea. Secundo habuit excelle-
tiorem dignitatem ministerialem
Dignitatis enim ministerialis que
attenditur in ministeriis sacrorum
ex collatione ordinum consistit in
tribus in singulari separatione

decipua d' Nu̅ .iii.º Ego tu-
li leuitas a filijs isrl' p omi
pmogenito exuo qz mei sc
Item ibi applica tribu leui z
fac stare in aspectu aaron
sacerdotis vt ministrent ei sc
Bta aut vgo sepata e ab ori
gene humano z omni massa
pime dapnacionis humane
gnie z maledicone sexus
muliebris orignali emendacio-
ne z satissfactione z gracie in
fusione z virtutu instructione
et exercitacione in misterio incar
nacionis domine vbi summus
sacerdos z verus pontifex de
ipius virginali carne z san-
guine sui corpis z sanguinis
hostia deo patri pro nobis of-
ferendam assumpsit Iux' id Gn
xlix.º Ecce dt Iacob z Ioseph
i. pr ad filiu do tibi ptem
vnam extra fres tuos quam
tuli de manu amorrei in
gladio z arcu meo Ecc.º in
suo speciali electione z appli
catione Nu̅z xvi. Notu
faciet nob' dns mane qui
ad se ptineant z scos appli
cabit sibi z quos elegerit
appropinquabunt ei z c. Tria
hic insignat in ecclie ministr
ordinatis insinuantur vz
spialis approximaco z asso-
ciaco, eorz ad dnm ibi z quos
elegerit appropinquabunt ei z c.
Bta virgo vo quo ad hec et tri-
expressit, oms ordinatos in

ettia prio spiali et psonali ap-
paratione qua ipse ppue referre-
batur z ptinebat ad deu tan-
quam ad prem filia dilecta Iu-
dith xiii.º Benedicta es tu filia
a domino deo excelso p omi-
bus mulierib' sup terram z
ad tanquam sponsi sui sponsa
electa Can vi.º Vna e columba
mea pfecta mea electa matris sue
dilecta genitrici sue z tanquam
ad filiu mr pelata z pdilec-
ta R.iiº. Pete mr mi neqz
enim phas e vt auertam fac
meam a te Ecc.º familiari ap-
propinquacone Ministri enim et
pcipue sacerdotes dns fami-
liarius quam plebs z vulgus
in sacrorum ministerio z officio
appropinquabant ad hec p alijs p
pate marale z inmunitate vi-
te sancitate z opis sedulitate De
vtro. v. Nec e enim alia ita tam
grandis q' habeat deos s' appro-
pinquantes sic adest nobis de
m. z c. Bta aut vgo deo p
omnibus appropinquauit z hec
triplici causa videlz ex summa
sua puritate z mundicia Sap.
vii. H e speciosior sole z sup
omnem stellarum dispositionem luci
cpata prior inuenitur Sap v.º
Incorruptio facit p'ximum deo
z ex pcepta plena gracia Prob'
xi. Mulier graciosa inueniet

gliam et sup excellenti gra[illegible]
de qua d[icitur] apok[alipsis] xij. Sig[num]
magnum apparuit in celo mu[lie]r
amicta sole et luna sub pe-
dibus eius et in capite ei[us]
corona stellarum duodecim. Tercio
in sacerdotali corpali [illegible] erectione
[illegible] Num. xviij[o]. Dixit d[omi]n[u]s
ad aaron et filios ei[us]. Tu et
filij tui ministrabitis in thab[er]-
naculo testimonij. Leuite vero
et ceteri ad vasa s[an]ctuary et altare
non accedant. B[ea]ta v[ir]go aut[em]
sola int[er] om[n]es fuit digna ele-
cta et p[re]electa fuit ad h[oc] et [con]secrata
ut sup[er] omnem sacerdotalem
p[otes]tatem ip[s]a p[er] se non de pa-
ne et vino s[ed] de corpore virgineo
et sanguine suo corpus d[omi]ni
conciperet operante sp[irit]u s[an]c[t]o et [con]-
pigeret et forma et verbo indueret
et pareret et tractaret et pannis
involueret et foueret et nutriret
et sum[m]um [con]p[ar]atu[m] corpus et animam
[con]paciendo simul sup[er] adderet
[illegible] Luc. ij. Et tuam ip[s]i[us]
animam p[er]transibit gladius
[etc]. Ex hijs p[ate]t q[uod] nichil dig-
nitatis et p[otes]tatis g[rati]e et sp[irit]ualis
que [con]fert[ur] in ordinibus
ecclesiasticis sibi defuit q[ue] g[ra]-
cia plena fuit. Qualit[er] b[ea]ta
v[ir]go h[ab]uit v[ir]tutes theologi-
cas et cardinales
Inter septe[m]
vero v[ir]tutes videl[icet] tres
theologicas fidem spem et
caritatem et quatuor cardina-
les v[idelicet] prudenciam iusticiam
temp[er]anciam et fortitudinem que
integrant p[er]fectionem suffici[enter].
P[ri]mo videndu[m] est de fide
qualit[er] b[ea]ta v[ir]go in sua g[ra]-
cia plenitudine istam v[ir]t[u]te[m]
excellenti h[abe]re potuit quia
fides et certitudo s[ci]e[nti]e opponunt[ur]
que enim credim[us] illa nesci[mus]
et que scim[us] illa non credim[us].
Sci[r]e aut[em] sci[r]e o[mn]ia est aliq[uid]
g[ra]cia in p[re]senti v[e]l p[ro]p[ter] ... p[at]e[t]
ex eo quia int[er] septe[m] dona
[con]numerat[ur] sp[iritu]s s[an]c[t]e [scientie] g[ra]cie illius g[ra]-
cie. B[ea]ta v[ir]go plena fuit er[go]
si o[mn]ia sciuit [er]go nichil cre-
didit et ita no[n] h[ab]uit donu[m] fi-
dei. Si aut[em] aliqua credidit
ea p[ro]ut nesciuit et ita s[ci]e[ntia]
s[ci]e quo ad o[mn]ia scienda
non h[ab]uit [etc]. Id dubitat[ur]
et in du[bi]is de ceteris v[ir]tutib[us]
et donis et bonis que ad in-
vicem vident[ur] h[abe]re aliq[ua]m
repugnanciam quo min[us]
possint simul inesse eide[m]
ut de g[ra]cia ... que ut vi-
de[tur] excludit donu[m] timoris
quia p[er]fecta caritas foras mitti[t]
timorem et de v[ir]tute ius-
ticie que vide[tur] secu[m] no[n]
[con]pati v[ir]tutem mi[sericordi]e quia mi-
sericordia et v[er]itas obviant
sibi [etc]. Similit[er] v[ir]tutes q[ue]da[m]
ordinant[ur] p[ri]ncipalit[er] [con]t[ra] ma-
lum p[ro]pt[er] [con]t[ra]ria q[ui] motus
illicitos et [con]t[ra] sup[er]fluitez for-

titudo vero contra metum et
mentis infirmitatem In
beata autem virgine non videtur
fuisse aliquis motus illicitus
in qua fomes fuit omnino
extinctus Nec aliqua me
tis infirmitas quam virtus
altissimi totam obumbrauit
et spiritus fortitudinis in omnibus
et super omnia confortauit Et ita
videtur patet quod perfectas gratias
habuit in mundo plenius gratie
quam angelus ei annunciauit
Super hoc ergo sciendum est et
notandum quod virtutes et dona
ad diuersos fines respectiue
ordinantur Unde cum secundum
statum vie et secundum statum
patrie alii sunt viatores a
lii comprehensores propter hoc inter
dona et virtutes secundum quod habentur
hic in via quedam cessabunt
in patria quantum ad habitum
et actum ut scientia et fides et pro
phetia et hec in quantum secundum
exigentiam status vie im
portant imperfectionem Iuxta id
j. Cor. xiij Siue prophetie e
uacuabuntur siue lingue ces
sabunt siue scientia destruetur
etc. Et Lucas cum statum assig
nat dicens quia cum ve
nerit quod perfectum est euacuabitur
quod ex parte est etc. Vel in quantum
ordinantur contra aliquem defec
tum vel pugnam et resistentiam

ad contraria ut prudentia fortitudo
contra timorem iusticia contra
iniquitatem temperancia contra su
perfluitatem que virtutes et dona
cessabunt in patria non quantum
ad habitum sed quantum ad illos
actus actus ordinatos contra
vie defectum et adiunctis dicentem
Unde dicit Augustinus xiiij. de tri
nitate Sed quod in beatis in patria
Iusticie opus est rectitudinis
amore summe delectari forti
tudinis nichil aduerse timere
prudencie nichil sciendum
preponere ignorare Temperancie di
uine suauitatis quiete per
fecte gaudere Unde notandum quod pre
dictis dona et virtutes et
de insuper fructus et beatitudines
differunt habent viatores et com
prehensores siue quantum ad ha
bitum et actum Siue quantum
ad actum tamen quia viatores
eas tamen actuum in perfectione sub
mendi conditione Ut igitur ita
materia et excellenti perfectione
beate virginis aptum dispone
te et preparante in hac vita ad
summum gradum contemplationis
et intime degustationis eterne
beatitudinis generaliter conclu
datur sic debita virgine sen
tiendum et tenendum est quod in plenitudine
gratie quam angelus ei annunciat
omnes gratias sacramentales et pre
dictas virtutes et dona et fructus

& beatitudines statim in eo perfi-
cientes ex eo quod ipsa fuit
viator simpliciter & comprehensor
secundum quid medio & meliori
modo fuit inter viatores quam
& comprehensores quia cessante
actu in perfectione fuit omnes
submendi comitione tamen
actum perfectione in excellentia

Qualiter beata virgo super omnes excedat omnes alios perfectione sue contemplationis

Revertendo igitur ad perfi-
ciendum sermonem de perfectione et
excellentia contemplationis
Notandum quod tria hic primo vide-
dum est circa quid et secundum quid
et usque adquid beate virginis con-
templatio se extendit. Ad
cuius maiorem declarationem &
intelligentiam sciendum est
Quod cum beata virgo inter
christum deum & hominem & inter
puros homines ceteros non
solum secundum plenitudinem gratie sed etiam
secundum perfectionem nature medium
statum habuit. In ceteris vero homi-
nibus sic se habet quod actus et
operationes potentiarum seu vir-
tutum inferiorum cum prevalue-
runt impediunt actus & opera-
tiones superiorum sicut vehemens
affectus minuit vel magnificatur
& rationem. Patet quod actiones vel
passiones quibus est adiuncta
summa delectatio secundum sensum im-
pediunt rationem sicut fuit delectatio

carnis in opere veneris. Apparet
quod ut dicit philosophus ipse intel-
lectus quasi totaliter absorbetur. Et
e converso quando operationes et actus vir-
tutum superiorum fuerint ve-
hementes debilitant & obfus-
cant actiones & operationes inferio-
rum ut patet in eis qui patiun-
tur mentis extasim & ex-
cessum in quibus diminui-
tur vel impeditur operatio
sensus. In christo vero ex unio-
ne anime ad deitatem hoc fuit
speciale quod virtutes superiores et
inferiores ad perfectionem suorum
actuum se invicem non dimi-
nuebant quod virtutes esse appellant
Damascenus virtutem thean-
dricam in christo id est dei virile
secundum quam in passione habuit
simul summum gaudium et
summum dolorem licet non in eo
eodem & summam patientiam constan-
di cum summo honore nature
resurgentis animam a corpore
separari. Beata igitur virgo ex ple-
nitudine gratie hoc habuit cum
christo quod in ipsa virtutes
superiores non impediebant
nec diminuebant virtutes in-
feriores quo ad perfectionem suorum
actuum. Nec eius virtutes infe-
riores impediebant superiores
patet quod ipsa quolibet actu et
motu potuit mereri ita quod
quelibet eius actio & operatio continua

7 meritoria fuit 7 h° est qd'
d' Jeronimus in simone Co
gitetis me cc ep in macer
rucius gre plenitudo que
in ipo est descendit 7 dm
alit' et aliter quia in xpo
fuit plenitudo gre ex unio
ne deitatis In maria vero
7 infusione diuine largit'
quantum fuit possibile creature
pure creature xpi quod et
omnem passionum 7 actionem
sua actualr in deum vt in
finem retulit Juxta illud
ad Colos. iij Et j Cor x
Siue manducatis siue biba
tis Omne quodcumque facitis
in verbo 7 ope omnia in noie
dni nri ihu xpi facite 7c
Item j Cor x Siue man-
ducatis siue bibitis omnia
in gloriam dei facite. Unde cu
in certis viatoribus actio contem
placionem vel impediat vel
interrumpat 7 pfecta 7 pura co
templacio ab actione se abs
trahat 7 quiescat qr no pnt
continue simul esse 7 simul vi
tes Juxta i° ij Cor v. Siue
mente excedimus deo siue
sobrij sumus nobis caritas
xpi urget nos 7c xpi quoque
vtraque vita est meritoria scz ac-
tiua 7 contemplatiua simul con
curr' at inuicem siue p tpus
ab inuicem separentur vt
supra diceba' Caritas e vtriusque
fundamentum aqua manat
ta 7 virtus merendi Bta virgo
quoque impleni'ne sue gre hc
quoque huit qr eius actia
non impediebatur a contem
platiua nec ecouerso quantum ad
actus pfectionem 7 quantum ad me
rendi cpletam rom. De
dia cogitacionis 7 consideracionis
meditacionis 7 contemplacionis
Primo itaque videndum
est quis vel qualis contem
placio bte virginis in hac
vita sciendum ergo qd' cum sicut
prius diceba' duplex sit co
templacio Una in qua est des
census a scala iacob a co
templacione superiori 7 diui
nor ad consideracionem 7 dispo
sicionem inferiorum sicut dicit glo
sup' id Exo xxv. Inspice
7 fac scdm exemplar qr tibi
monstratum est in monte
Aliam qua fit ascensus a
consideracione inferiori ad con
templacionem superiorum que
scdm Richardum in primo libro
de contemplacione surgit
ab inferiori sensibili visione
7 ymaginacione quiescat 7
copulata cum mentis cogi
tacione 7 cogitacionis dis
cussione quam discussionem Bn'
vocat consideracionem Richardus
vero appellat simplr cogita
cionem videndum e primo de ista

diversitate et de via cogitationis
sive considerationis et meditationis
et contemplationis quantum ad nostrum
ad statum viatorum simpliciter
Non possumus convenienter videre
de eodem statu contemplationis
beate virginis in hac vita quia
fuit in statu viatoris simpliciter
et in statu secundum comprehensionis
secundum quod Ricardus in illa
contemplatione viatorum fuit
sit ascensus ab inferioribus ad
superiora Ideo cum omnis huma-
na cognitio secundum philosophum oritur
a sensibilibus et a sensu ~~ad superio~~
et a potentia sensitiva usque
secundum quam actus sit ipse ascen-
sus sunt in homine et humana
anima secundum ordinem superioris
et inferioris adinvicem copula-
te et conjuncte ita quod supremum in-
ferioris pertingit ad infimum
superioris et e converso Infimum
superioris attingit supremum
inferioris propter hoc quod sic in huma-
na anima sensus et imagi-
natio copulantur et conjunguntur
sursum cum cogitatione secundum
eundem Richardum sive consi-
deratione secundum Richardum et co-
gitatio sive consideratio cum
meditatione ita meditatio
copulatur et conjungitur sursum
cum contemplatione hoc modo
et ordine quod licet sepe cogitatio
meditationis per eam aliquam

attingat non tamen in ipsam
perfecte transeat et similiter me-
ditatio licet aliquid contem-
plationis apprehendat non tamen
in ipsa perficitur totaliter et qui-
escat quod secundum Gregorium Et re-
lapsus in contemplatione
quia dum mens propriis vi-
ribus non juvante nec ele-
vante gratia supra se conatur
suo pondere de pressa infra
se relabitur quod fit propter desti-
tutionem nature propter culpam
et indispositionem anime propter
penam et absentiam gra-
tie et amorum carentia et sic
fuit contemplatio philosophorum qui
dum solo conatu nature ascen-
derent usque ad abyssos et
anima eorum in malis tha-
bescebat quia turbati sunt
et moti sunt sicut ebrius et
omnis sapientia eorum devora-
ta est Et ergo verso sic natu-
ra manente et operante sensus exteriores
et sensus et imaginatio Ista
gratia juvante et elevante
ymaginatio totaliter transit in
considerationem et meditationem
donec meditatio compleatur
et perficiatur tunc in contempla-
tione Juxta id psalmi Cogitatio
hominis confitebitur tibi et reli-
quie cogitationes diem
festum agent tibi De dif-
ferentiis et convenientiis sex gra-
duum contemplationis. ...

Ad maiorem itaque evi-
dentiam dictorum et dicendorum
et maxime ne errent a-
dvertentes innotabilis quomodo in-
ter singula quid sit sensus
quid ymaginatio quid co-
gitatio vel consideratio quid
ratio et racionatio quid est
meditatio quid intelligentia
quid contemplatio. **S**ensus
est virtus anime que ap-
prehendit et percipit rerum sen-
sibilium formas et figuras
colores et motus ut in mate-
ria existentes. Ymaginatio
est virtus anime que for-
mas sensibiles a sensu
acceptas a materia abstrac-
tas apprehendit et comprehendit
tenaciter quam apud se volut-
at diversimode et renovat ut vel in
suas imitando vel insib(?)
similes fingendo aut com-
ponendo. **C**ogitatio secundum Rich-
ardum est que nascitur
ex ymaginatione et est quo-
dam improvisus animi re-
spectus ad vagandum inter va-
ria et diversa pronus. **I**ux-
ta Iob xvii. **C**ogitationes mee
varie sibi succedunt et mens
in diversa rapitur. **C**onsideratio
vero est discursus cogita-
tionis de uno ad aliud
de eodem ad diversa et de u-
no oppositorum ad reliquum. Me-
ditatio vero est providus et

subtilis ac intuitus mentis
discussione et veritatis inquisitio-
ne distentus. **R**atio est vir-
tus mentis similia et dissimilia
discernens et similia similibus
iungens et dissimilia separans
et disiungens. **R**atiocinatio est
rationis actus de certis ad in-
certa de cognitis ad ignota
via inquisitionis tendens
et perducens. **I**ntelligentia
est vis anime in deum intus
et intendens et ei adherens.
Contemplatio vero est libera
mentis perspicacia in sapie-
ncie specula cum admiratione
et delectatione mentis suspe-
nsa. **C**ontemplatio itaque est contem-
plationi et meditationi con-
traria et utilia sapientie et sa-
[illegible] conservari. **C**ontemplatio quoque
est contemplatio et cogitatio
libero quodam motu in res
dividendas et prospicien-
das undique circumfert. Differt
autem meditatio a cogitatio-
ne quia cogitatio quasi [illegible]
circa exteriora rerum prospicien-
da meditatio vero circa in-
teriora perquirenda sub(?). Ita-
que secundum predicta ut dicit Rich-
ardus sex genera contemplatio-
num. **P**rimum est in ymaginatione
secundum ymaginationem videlicet
quod nihil argumentando
mentis aspectus circa rerum formas

ymaginacionis hinc et illinc ad
multitudo discurrit. Primum est in
ymaginacione secundum rerum quando
ad ea que in ymaginatione for-
mata conspicimus cum discus-
sione rationis et cum inquirimus
et inventam cum admiracione
in consideracionem adducimus. Tertium
est in racione secundum ymaginacionem
quando per rerum visibilium similitudinem
in consideracionem invisibilium ele-
vamur. Quartum est in racione secundum
racionem quando facta abstraccione ab
ymaginacione rerum sensibilium so-
lis illius animus intendit que
racionacione colligit in racione com-
prehendit. Quintum est in racione
supra racionem sed non contra racionem, ut
preter racionem quando fide vel inspi-
racione aut revelacione
mens illis acquiescit que
racione humana comprehendere
non sufficit, ut sunt ea que
de deo apprehendimus et divi-
nis, ut de omnipotencia et
sapiencia et providencia et
gracia divina et iudicio et iusticia.
Sextum et altissimum genus
contemplacionis est supra racionem
quando mens ex divini luminis ir-
radiacione talia apprehendit
quibus omnis humana racio
repugnando contradicit, ut
divine essencie unitate in
[illegible] personarum tri-
nitate et de partu virginis et de
conversione panis et vini in [illegible]

divini corporis et sanguinis et
similibus. De differencia contemplacionis
et alia opera creacionis reparacionis
et glorificacionis

Ex predictis
igitur patet quod cum ap-
prehensio rerum per ymaginacionem
absque eo quod coniungatur co-
gitacioni sit per omnia inutilis
et vana tamquam solis
irracionabilibus animalibus apparata.
Cogitacio vero sive meditacione
sit in racione laboriosa, ideo
quia versatur circa res exteriora non
ingrediens ad hoc ad interiora
ubi sunt summa veritatis vesti-
gia. Meditacio vero sine con-
templacione fit inperfecta et inqui-
eta tamquam fuerit rem
quem inquirit nondum
complete adeptus. Cum vero con-
templacionem beate virginis que
beatificabatur et delectabat in
hac vita hic dicere possum sane
et pie sine preiudicio sine me-
liori, quod scilicet ipsa ut dicit Iohannes
ad hunc in hac vita potuit
videre non corporalibus sed oc-
ulis sensibus preter carnem gra-
tia que plena erat ipsam du-
cente in omnibus et regente
ac perficiente ideo sensuum ipsius
apprehensio et ymaginacio
non erat ociosa sed officiosa:
non vaga sed fixa, non for-
tuita sed gratuita, non frus-
tratoria sed meritoria, munde et
sane et sancte cogitacioni et me-

dilectionem ac contemplationem
si innixa et infixa et vin-
culo summe caritatis filio affixa
eius ardore movebatur et
fovebatur et delectabatur nunc
in mirae reparationis operibus
nunc in se ipso ipsius pote-
ciam venerando sapientiam ad-
mirando et graciam amando
ac iusticiam et misericordiam
magnificando tota anima
tota mente et ex omnibus
viribus suis plenitudine gratie
informata et confortata ut
in eius meditatione iugiter
exardesceret ignis amoris
et in eius contemplatione sple-
desceret ipse fons divine lucis
omnia dei mistica ipsius as-
pectibus castissimis et purissimis
irradians et illustrans et ea
flumine divine largitatis ine-
brians secundum quod sanctis in pa-
tria post promisit dicens
Inebriabuntur in ubertate do-
mus tue et torrente volup-
tatis tue potabis eos quoniam
aput te est fons vite et
in lumine tuo videbimus lumen
Cum igitur contemplacio ab
inferioribus ad superiora ascen-
dere exigencia status vie in-
cipiat in sensibili visione
et interiori ymaginacione in operi-
bus divinis. Omnia dei in hac
vita primo querimus in rebus
et invenimus in eis ut primum

creatis velut in suis effectibus.
Opera autem divina alia sunt opera
creatoris quibus mundus et
homo in mundo primo est con-
stitutus. Alia vero opera re-
parationis quibus mundus in
homine et homo cum mundo
est restitutus et reparatus. Alia
denique sunt opera consumationis
et glorificationis quibus
mundus et homo in mundo
et cum mundo renovabitur ut
sit in eternum consumatus et perpe-
tuatus. Opera quidem condi-
tionis quibus omnia prius
nondum ex nichilo fecit spec-
landa primo ad se ipsum proposita
sunt incipientibus iuxta
illud Ysaie xl°. Levate oculos
vestros in excelsum et vide-
te quis creavit hec etc. Opera
vero reparationis quibus di-
vina manus omnia destruc-
ta refecit speculanda pro-
posita sunt proficientibus iuxta
illud psalmi Noli oblivisci omnes
retributiones eius qui pro-
piciatur omnibus iniquitatibus
tuis qui redemit de interi-
tu vitam tuam etc. Opera vero con-
sumationis et glorificationis
quibus divine largitatis ha-
bundancia omnia restituta
et refecta perficiet in ultimo
et in optimo statu et perpe-
tuavit proposita sunt specu-
landa et contemplanda clec-

tis et pfetus Iuxta illud Qui co-
mit te in uita et innfirmitati-
bus Qui replet in bonis
desiderium tuum Quia igitur
beata virgo fuit in statu via-
toris simul et comprehensoris
secundum quod proinde in sua con-
templatione tria opera prime
conditionis ex eo quod omnia
sciuit que ipsam scire decuit
et licuit et sic plene cognouit
qualiter: secundum quid mun-
dus sit et fuit et omnia in
mundo attendens tamen in hoc
genere contemplationis consuba-
cius intendo ad quid et prop-
ter quid mundus constitutus sit
et omnia in mundo plus habet cu-
riositatis Quia querere et in-
venire qualiter et secundum quid
mundus constitutus sit et que
in mundo plus habet curiosi-
tatis quam utilitatis et voluntas
non tendentibus occurrit cer-
ta hec plus vanitatis quam
virtutis sic dicit pro hac contempla-
tione studium fuit quia in illa
contemplatione plus scrutatur
ingenium In ista vero plus
obtinet et percipit meritum

Quod beata virgo contemplatione
consuba precipue tria opera re-
parationis et glorificationis

Tercia opera vero reparationis
et glorificationis sume et
precipue consuba intuitus
contemplationis [illegible] gratula-
do et exultando de incarnato
mysterio et de collatione beneficio-
rum mediante exhibito et
oblato filio humane redemp-
tionis et salvationis quam deus
ex ipsa et in ipsa et per ipsam
humano generi fecisse contu-
lisse texuisse certissime et
plenissime praesciuit et expe-
rtum recognouit praesertim vero
de excellencia sue meditationis
et altissime consideracionis et
contemplationis beate virginis
sua magnificentia [illegible] et
gloriam mistici incarnacionis
[illegible] opera humane repara-
tionis singulariter tamen largitatis et liba-
litatis diuine dignationis sibi
exhibitam consumit in gratia
sue electionis et assumptionis in
matrem dei et mediatricem et
cooperatricem humane redemptionis
et reconciliationis et restaura-
tionis omnium que sunt in celo
et in terra precipue excellenter in can-
tico seu hymno illo quem
in exultatione et iubilo sui
cordis decantauit vt legitur
luc. 1° Magnificat anima mea do-
minum etc. Huius autem cantici
beate virginis occasionem sine cau-
sam gloriam et efficaciam lucas i-
nuit acceptam et subsecutam
esse ex eo quod angelus virgini

salutationis et revelavit con-
ceptionem Elyzabeth que ob
senilis etatis verecundiam ut
dicit Ambrosius occultaverat
suum conceptum quinque mensibus
videlicet per octobrem in quo Iohannes
fuit conceptus et per novembrem
et decembrem et per ianuarium
et februarium usque ad mensem
martii qui fuit sextus
ab octobri in quo missus est
angelus Gabriel ad virginem
iuxta id. Et hic mensis est sex-
tus illi que vocatur sterilis etc.
Cum enim beata virgo post annun-
ciationem et conceptum filii dei ia-
nua facta, etiam secundum auctorem
omnis gratie deo plena pro ca-
ritatis officio et firmitatis
obsequio et humilitatis exemplo
abiisset in montana et
salutasset ipsa prior et pre-
veniens Elyzabeth [illegible]
vicinam domesticam et cognatam
propinquam et iuniorem seniorem
et virgo uxorem plenitudo gra-
tie qua repleta erat in anima
et corpore in mente et in ventre
se intra eam non potuit conti-
nere sed in ictu vocis et vocis ver-
bo erupit et prorupit et irru-
pit in spiritus Elyzabeth animam
et mentem et ventrem In au-
rem eius per oracionem revela-
do In ventre prophetico spiritu eam
illustrando in ventre filium eius in
concepti missionem et motum gaudii
suscitando. Propterea et ipsa Elyzabeth
innuit angelica oracula esse prophetica
fuisse sicut revelacionem ideo ipsa ex-
clamavit Benedicta tu inter mulieres
et benedictus fructus ventris tui et
expressit de quo et quali fructu
diceret Et unde hoc michi inquit ut
veniat mater domini mei ad me etc.
Ubi innuit quod iste fructus erat deus et
homo scilicet filius virginis potuit
dicere Benedicta virgo adhuc verba
Elyzabeth Quis tibi indicavit
me matrem domini mei fore unde me
nosti Et ipsa ex quo inquit facta
est vox salutationis tue in auri-
bus meis exultavit infans in
gaudio in utero meo etc. Ergo
vox matris tue in voce verbum signi-
ficavit et operatur virtute ubi ipsa ipsa
gerebat in corde et in corpore et in mente
et in ventre ideo et ex eo ipsa in ventre Ely-
zabeth spiritum propheticum inspira-
vit et in ventre ipsius sonum illum in sensum
et motum gaudii suscitavit. Iam
matrem dei iam factam esse decla-
ravit et hoc merito et virtute fidei et
obediencie qua se voto et volunta-
ti dei et oraculo angeli humiliavit
angelo sic respondendo. Ecce ancil-
la domini. Fiat mihi secundum verbum tuum etc. Ut
enim Elyzabeth exprimit dicens
Et beata que credidit etc. Mater beata
virgo meditando hec omnia ita esse et
factum fuisse et se sancti spiritus gra-
cia et virtute qua plena erat merito
et [illegible] laudem anima mea et
divinorum misteriorum revelacionem per-
cipit ita incipiens Magnificat
anima mea dominum etc. Et ut ali-
quis cupiens et devotus beate
virgini huius cantici exposicionem
exempla huius tractatus conti-
nencia et contextum per se et spiritualiter
hic possit ipsius exposicionem quam
deus inspiravit duxi tamen adiunc-
to sed spirituali prohemio ponendam

IIII

...ibus Circumspectis et dis-
...cretis patribus ac personis
... domino Ornia de ...
...ibus et dispositori nostre ...
...ngna Stanislai de ...
...plebani possessoris ...
...condicionibus et tenore
... et egregiorum ...
... fratrum ad quos
... incorporacionibus per
...spectat et per manus nostre
...t instituimus ac investimus
... specialiter et generaliter sibi
... obediencie et ...
... aut personis ...
... et ab aliis recipi
... in plenitudine ...
... parte sua ad hoc ...
... corporali faciant sibi
... redditibus proventibus
... per eos ad quos spectat
... provisionis ...
... infrascriptis sub
... communis ...
... ibidem ... fratrum
... fratrum
... in Christo patribus et
... fratri ...
... hora ...
... Johanne de ...
... fratre ...
... ... notarii

... de dobra ...
... imperiali auctoritate notarius
... pace et
... aliisque ... dum sic
... testibus ...
... et audivi ...
... per alium
... manum et nomine meis
... appensione sigilli ...
... et ... mandato ...
... in fidem et testimonium

IV

[illegible] sext vo xxx3o [illegible]
[illegible] a plecti [illegible]
[illegible] reputate [illegible] ad [illegible] nos [illegible]
[illegible]
[illegible] quod [illegible] ad
[illegible]
[illegible]
[illegible] quod [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] ad [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] ad [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]

[illegible] ... ? micht non promisit frumenta

... ibi apud vos de quo [illegible]

... iudicasti cum Zetanowski [illegible]

... factu cum voluntate vestra [illegible]

non deberet fieri Ideo si videt[ur] [illegible]

... libere et [illegible]

... deq novit q non propter aliud

... et def responsum pena [illegible]

... lia ... occurrunt dati in terris [illegible]

... Marie frumenta [illegible]

[illegible]

VII

Capitulum ecclesie Cracoviensis. Honorabilibus et discretis viris Rectori et Vicario ad sanctam [...]
Cracovia pontibus qui requirentur salutem in domino. Vobis et vestrum cuilibet sub pena excom[municationis]
quatenus accedentes personaliter providum Nicolaum Tharcoth de Cracovia si primo
tute potuerit, alias in domo sue habitationis Cracovie coram familia dom[estica]
moneatis et requiratis, quatenus infra Novem dies coram huiusmodi monitio[nem]
quos ipsi pro omnibus dilationibus et peremptorio termino prefigimus et assigna[mus]
Magistro Paulo de Zathor. Decretorum doctori. Magistro Cracovien[sis] [...]
generali decem [...] quibus personis prout se obligavit ad tempus iam [...] defalca[...]
census Ecclesiastici d[...] per Magnificum dominum Serapheim [...]
Salis utriusque [...] assignet cum effectu alio[quin]
[...] prout [...] Novem ~~quindecim~~ lapsis di[ebus]
Tharkoth [...] quem talem [...]
vris in [...]
in mod[...] [...]
[...]ro [...] do[...]

Ego Joh(ann)es vicarius ad sanctam Mariam
[illegible] introscriptum monui personaliter in die sancti
francisci confessoris gloriosi

Ego Johannes Vicarius ad sanctam Mariam
In Erac scripsi introscriptum in librum [illegible]
[illegible] comminatione [illegible] pridecem [illegible]
[illegible]

Introscripti non sunt [illegible]
ad festum solucionis [illegible]
[illegible]

[illegible]

Scaqarum

tegule xxv. p q d re

Item p sex agrestia de tegulis

Item p septingenta / de tegul

Pecto ol . sex [illegible]

Item p una vice p clavis

It p pane / Item latrinali

Item [illegible] p octo

Item [illegible] [illegible]

Item [illegible] p clavis

Item latrinali [illegible]

Item [illegible] p pane

Item [illegible] [illegible]

Item [illegible] p pane [illegible]

Ol / Item / [illegible]

publico et Notario

reddens fr[atr]i [illegible] [illegible]

suis bonis et possessionibus

nunc Rochan . nunc adsu[illegible]

[illegible]bonis aliis sui mansi

VII r

fontem baptismalem [illegible] alia [illegible]

parochialem ecclesiam p[illegible] [illegible]

tempore existentem [illegible] [illegible] lata

amplam parochiam [illegible] distincta

a qualibet alia parochia [illegible] [illegible]

Item ex premissis rationibus singulis [illegible] prob[illegible]

